# Title Page

## Title: Demonstratio Evangelica

## Author: Stattler, Benedikt

Description: ubr19335 // Signatur: 9995/SWS Dogm. 11 // BV-Nummer: BV008764477

Scripttype: NORMAL_LONG_S

Language: Latin

Number of Pages in whole Document: 229

## Export Settings:

Images with text layer / Extra pages for transcribed text are added / Sensible data is shown if existent / No tags shown in export

## Editorial Declaration:

Bischöfl. Zentral-
bibliothek
Regensburg

SWS
Dogm.
11

# DEMONSTRATIO EVANGELICA

OLIM

A BENEDICTO STATTLER,

SS. THEOLOGIÆ PROFESSORE ET PROCANCELLARIO IN UNIVERSITATE ANGLIPOLITANA

CONSCRIPTA,

NUNC

IN COMPENDIUM

REDACTA

AB EJUSDEM DISCIPULO

MICHAELE SAILLER.



*MONACHII*,

APUD JOSEPH. ALOYS. DE CRAETZ.

1777.

# DEMONSTRATIO
# EVANGELICA

OLIM

A BENEDICTO STATTLER,

SS. THEOLOGIAE PROFESSORE ET PROCANCELLA-
RIO IN UNIVERSITATE ANGLIPOLITANA

CONSCRIPTA

NUNC

IN COMPENDIUM

REDACTA

AB EJUSDEM DISCIPULO

MICHAELE SAILLER

*MONACHII*

APUD JOSEPH. ALOYS. DE CRAETZ.

1777.

Bischöfl. Zentral-
bibliothek
Regensburg

# LICENTIA
## *Reverendiſſimi Ordinariatus Euſtadiani.*

Cum præſens Demonſtratio Evangelica, olim a D. Benedicto Stattler SS. Theologiæ Doctore, ejusdemque in alma Univerſitate Anglipolitana Profeſſore Ordinario, ac Procancellario typis vulgata, nunc vero ab ejusdem Diſcipulo & Theologiæ Studioſo D. Michaele Sailler in Compendium redacta, a DD. Cenſoribus Epiſcopalibus Ordinariis morum & orthodoxæ fidei regulis exactiſſime conſentanea reperta fuerit, digniſſimam eandem judico, ut ad inſignem utriusque Authoris commendationem, & perennem memoriam, ſimulque ad plurimorum utilitatem & uſum commodiorem, in lucem publicam prodeat, ac inſuper Authoritate Ordinaria adprobo.

*Euſtadii 1ma Sept.*
1776.

JOAN. MARTINUS LEHENBAUR, SS. Theol. Licent. Vicar. in Spirit. Gener. Herriedæ & ad Chor. S. Willibaldi Canon. Mpr.

LICENTIA

*Reverendissimi Ordinariatus*

*Eustadiani.*

**C**um praesens Demonstratio Evangelica, olim a D. Benedicto Sattler SS. Theologiae Doctore, ejusdemque in alma Universitate Anglipolitana Professore Ordinario, ac Procancellario typis vulgata, nunc vero ab ejusdem Discipulo & Theologiae Studioso D. Michaele Sailler in Compendium redacta, a DD. Censoribus Episcopalibus Ordinariis morum & orthodoxae fidei regulis exactissime consentanea reperta fuerit, dignissimam eandem judico, ut ad insignem utriusque Authoris commendationem, & perennem memoriam, simulque al plurimorum utilitatem & usum commodiorem, in lucem publicam prodeat, ac insuper Authoritate Ordinaria adprobo.

*Eustadii ima Sept.*
1776.

JOAN. MARTINUS LEHENBAUR, SS. Theol. Licent. Vicar. in Spirit. Gener. Herriedae & ad. Chor. S. Willibaldi Canon.

Mpr.

PRAEFA¬

# PRÆFATIO.

Demonſtrationis Evangelicæ Compendium ut conficerem, multiplex me movit ratio: PRIMA, ut veritatum NEXUS in primario noſcendæ Religionis ſtudio eo *diſtinctius* in oculos incurreret, quo *brevius* argumentorum SOLIDITAS proponeretur. Simultanei enim intuitus defectum, quem humanæ cognitionis limes ceu neceſſarium importat, in plerisqne nonniſi arctiſſima veritatum ſeries ſuccinctiſſime propoſita ſupplere aliquo ſaltem modo poteſt. ALTERA vero ratio æque magni momenti fuit hæc, ut interna veritatis EFFICACIA propria ſe DIGNITATE eo *potentius* animo ingerat, quo ab omni EXTERNI ADPARATUS ſpecie *defæcatior* adpareat. Certe hoc unicum paupertatis ſolatium ſolis Religionis noſtræ Adverſariis proprium ſemper eſto, ut, dum ſolida adverſus veritatem argumenta afferre nequeant, rationum nuditatem exqui-

ſita

# PRAEFATIO.

**D**emonstrationis Evangelicae Compendium ut conficerem, multiplex me movit ra¬tio: PRIMA, ut veritatum NEXUS in prima¬rio noscendae Religionis studio eo *distinctius* in oculos incurreret, quo *brevius* argumento¬rum SOLIDITAS proponeretur. Simultanei enim intuitus defectum, quem humanae co¬gnitionis limes ceu necessarium importat, in plerisque nonnisi arctissima veritatum series succinctissime proposita supplere aliquo saltem modo potest. ALTERA vero ratio aeque ma¬gni momenti fuit haec, ut interna veritatis EFFICACIA propria se DIGNITATE eo *po¬tentius* animo ingerat, quo ab omni EXTER¬NI ADPARATUS specie *defaecatior* adpareat. Certe hoc unicum paupertatis solatium solis Re¬ligionis nostrae Adversariis proprium semper esto, ut, dum solida adversus veritatem argumenta affere nequeant, rationum nuditatem exqui¬

ſita ſtyli cultura legere quocunque modo laborent. His acceſſit ALIA ratio, ut ſcilicet Religionis chriſtianæ CERTITUDO non modo *facilius* initio PERSPICI, ſed & perſpecta, *æque facile* in animum REVOCARI cum fructu poſſit, quoties in criticis vitæ hujus adjunctis PRACTICO SOLIDÆ VIRTUTIS INCITAMENTO opus eſſe ſolet. Quisquis porro obvia ſane experientia didicit, quantum etiam ad politicæ felicitatis incrementum, ad conſervandum Societatis civilis nexum, ad præſtanda vitæ civilis officia, atque ad exhibendam conſtantem Principibus obedientiam practica veræ Religionis notitia conferat: is certe & rationum harum vim intelliget, & laboris non pœnitendi fructum me feciſſe judicabit.

sita styli cultura legere quocunque modo la¬
borent. His accessit ALIA ratio, ut scilicet
Religionis christianae CERTIDUDO non modo
*facilius* initio PERSPICI, sed & perspecta,
*aeque facile* in animum REVOCARI cum fru¬
ctu possit, quoties in criticis vitae hujus adjun¬
ctis PRAECTICIO SOLIDAE VIRTUTIS INCITA¬
MENTO opus esse solet. Quisquis porro ob¬
via sane experientia didicit, quantum etiam
ad politicae felicitatis incrementum, ad con¬
servandum Societatis civilis nexum, ad prae¬
standa vitae civilis officia, atque ad exhiben¬
dam constantem Principibus obedientiam pra¬
ctia verae Religionis notitia conferat: is
certe & rationum harum vim intelliget, &
laboris non poenitendi fructum me fecisse ju¬
dibabit.

# CONSPECTUS
## TOTIUS DEMONSTRATIONIS

CAPUT I. NOTIO generica Religionis,
II. NECESSITAS Revelationis,
III. POSSIBILITAS Revelationis in genere,
IV. POSSIBILITAS Revelationis Religionis chriſtianæ,
V. EXISTENTIA hujus Revelationis ex criteriis IMMEDIATIS HYPOTHETICE oſtenditur,
VI. CRISIS de Religione JUDAICA & MACHOMETANA,
VII. EXISTENTIA Revelationis in NOVO TESTAMENTO ABSOLUTE oſtenditur ex criteriis MEDIATIS.
VIII. EXISTENTIA Revelationis in VETERI TESTAMENTO æque ABSOLUTE demonſtratur ex mediatis criteriis.

Quoniam rei cujuscunque indagatio diſtinctam rei ipſius NOTIONEM ſupponit, ipſa vero rei adæquata ratio tum rationes POSSIBILITATIS, tum EXISTENTIÆ, ſeu NECESSARIAS, ſeu prorſus contingentes earum tum MEDIATARUM tum IMMEDIATARUM accuratam SUBORDINATIONEM involvit. Demonſtrationis totius ORDO COMPLETUS prorſus & materiæ ipſius dignitati COMMENSURATUS eſt.

CAPUT

CONSPECTUS

TOTIUS DEMONSTRATIONIS

CAPUT I: NOTTO generica Religionis,
II. NECESSITAS Relevationis,
III. POSSIBILITAS Relevationis in ge¬
nere,
IV. POSSIBILITAS Revelationis Re¬
ligionis christianae,
V EXISTENTIA hujus Revelationis
ex criteriis IMMEDIATIS HYPO¬
THETICE ostenditur,
VI. Crisis de Religione JUDAICA
& MACHOMETANA,
VII. EXISTENTIA Revelationis in NO¬
VO TESTAMENTO ABSOLUTE
ostenditur ex criteriis MEDIATIS.
VIII. EXISTENTIA Revelationis in
VETERI TESTAMENTO aequo AB¬
SOLUTE demonstratur ex media¬
tis criteriis.

Quoniam rei cujuscunque indagatio distin¬ ctam rei ipsius NOTIONEM supponit, ipsa vero rei adaequata ratio tum rationes POSSIBILI¬ TATIS, tum EXISTENTIAE, seu NECESSARIAS, seu prorsus contingentes earum tum MEDIA¬ TARUM tum IMMEDIATARUM accuratam SUB¬ ORDINATIONEM involvit. Demonstrationis to¬ tius ORDO COMPLETUS prorsus & materiae ipsius dignitati COMMENSURATUS est.

# CAPUT I.

## NOTIO GENERALIS RELIGIONIS
EX
EVIDENTIBUS THEOLOGIÆ NATURALIS PRINCIPIIS DEDUCTA.

§. 1.

*Exiſtit DEUS unicus*, h. e. ens infinite perfectum, ſumma ſapientia, ſanctitate, bonitate, juſtitia præditum, *idem auctor univerſi, liber in creando, providus in conſervando*, ens ſibi ſufficientiſſimum, neceſſarium, independens.

§. 2.

*DEO vi eſſentiæ infinitæ competit benevolentia perfectiſſima* erga creaturas rationales, hujus capaces.

§. 3.

*Vi benevolentiæ perfectiſſimæ in creando nullum alium finem ſibi potuit præfigere tanquam ultimum, niſi ut creaturæ rationales bono libertatis uſu & ipſi gloriam redderent*, & ſibi *beatitudinem maximam promererentur.*

## CAPUT I.

## NOTIO GENERALIS RELIGIONIS EX EVIDENTIBUS THEOLOGIAE NATURALIS PRINCIPIIS DEDUCTA

§. I.

*Existit DEUS unicus,* h.e. ens in¬ sinite perfectum, summa sapientia, sanctitate, bonitate, justitia prae¬ ditum, *idem auctor universi, liber in creando, providus in conservan¬* do, ens sibi sufficientissimum, necessarium, inde¬ pendens.

§. 2.

DEO *vi essentiae infinitae competit benevolen¬ tia perfectissima* erga creaturas rationales, hujus capaces.

§ .3

*Vi benevolentiae perfectissima in creando nul¬ lum alium sinem sibi potuit praefigere tanquam ulti¬ mum, nisi ut creaturae rationales bono libertatis usu & ipsi gloriam redderent*, & sibi *beatitudinem ma¬ xinam promererentur.*

§. 4.

Quoniam porro Gloria eſt judicium certum de perfectione eximia alterius, & beatitudo noſtra, ceu participatio divinæ beatitudinis, nonniſi in intuitu divinæ perfectionis, quo quidem ipſe DEUS beatus eſt, conſiſtere poteſt: evidens eſt, *gloriam DEI in beatitudine creaturarum eſſe conſtitutam, & utramque a ſe eſſe inſeparabilem.* Porro cum

§. 5.

Finis determinat regulas; *prima generalis regula practica noſtræ beatitudinis & DEI gloriæ promovendæ eſt, ut conemur DEUM propter ſe ipſum, nos vero, & alios homines propter DEI ſimilitudinem amare, & perfecte amare.*

§. 6.

Amor eſt complacentia *in bono* alterius ciens affectum gaudii, ſi bonum præſens, & affectum deſiderii, ſi abſens eſt; is ipſe amor imperat diſplicentiam *in malo* alterius, conjunctam cum affectu triſtitiæ, ſi malum præſens eſt, & cum affectu fugæ, ſi præviſum eſt. Præterea amor perfectus nonniſi in vero bono ſibi complacet, nec niſi in vero malo alterius ſibi diſplicet. *Itaque ad finem ultimum conſequendum requiruntur certæ regulæ de vero bono, & malo, quod triplici amore complacentiæ, vel odio diſplicentiæ proſequi debeamus* (§. præced.).

§. 7.

Bonum creatum ſemper *finitum*; boni increati cognitio in nobis nunquam *perfecta*, quamdiu ſaltem huic vitæ ſtatui immoremur: atqui nec cogni-

§. 4

Quoniam porro Glorie est judicium certum de perfectione eximia alterius, & beatitudo no¬ stra, ceu participatio divinae beatitudinis, nonnisi in intitu divinae perfectionis, quo quidem ipse DEUS beatus est, consistere potest: evidens est, *gloriam DEI in beatitudine creaturam esse consti¬ tutam, & utramque a se esse inseparabilem.* Por¬ ro cum.

§. 5.

Finis determinat regulas; *prima generalis re¬ gula practia nostrae beatidutinis & DEI gloriae pro¬ movendae est, ut conemur DEUM propter se ipsum,* nos vero, & alios homines propter DEI similitudi¬ *nem amare, & perfecte amare.*

§ . 6.

Amor est complacentia *in bono* alterius ciens affectum gaudii, si bonum praesens, & affectum desiderii, si absens est; is ipse amor imperat di¬ splicentiam *in malo* alterius, conjunctam cum af¬ fectu tristitiae, si malum praesens est, & cum affe¬ ctu fugae, si praevisum est. Praeterea amor per¬ fectus nonnisi in VERO BONO sibi complacet, nec nisi in vero malo alterius sibi displicet. *Itaque ad sinem ultimum consequendum requiruntur certae regu¬ lae de vero bono, & malo, quod triplici amore com¬ placentia, vel odio displicentiae prosequi debeamus* (§.praeced.).

§. 7.

Bonum creatum semper *finitum*; boni in¬ creati cognitio in nobis nunquam perfecta, quam¬ diu saltem huic vitae statui immoremur: atqui nec

cognitio boni finiti ob immixtos defectus, nec cognitio boni increati ob defectum diſtinctæ intelligentiæ attentionem ita figere poteſt, ut avertere porro non poſſimus. Ergo teſte intima experientia liberi *ſumus in eligendo bono & malo, libertate indifferentiæ, & liberi in conſectando fine ultimo* (§. 5.).

§. 8.

Quoniam nonniſi is auctor ſuæ electionis eſt, qui libere eligit, *ſola libertas arbitrii eſt ratio adæquata meriti & demeriti, laudis & vituperii.*

§. 9.

Amando verum bonum (§. 6.) promovemus cum beatitudine ipſam DEI gloriam (§§. 4. 5.), eligendo verum malum, ceu impedimentum finis ultimi, beatitudinem cum ipſa DEI gloria contemnimus; itaque *in averſatione boni veri cogniti, & in appetitione mali veri cogniti intervenit verus contemtus practicus boni infiniti;* ſi quidem cum ipſo actu voluntatis conjuncta eſt cognitio DEI ceu auctoris boni creati, & finis ultimi.

§. 10.

Cum beatitudo, cujus cauſſa creati ſumus, ſit ſtatus perdurans completæ felicitatis, in hac autem vita, ſtante libertate ad malum poſitivum, intuitus completus veræ voluptatis impoſſibilis ſit, *beatitudo eſt proprius alterius vitæ ſtatus.* Porro cum bonitas reſpectiva DEI erga beatas jam creaturas ſe ipſam limitare nequit, *beatitudo æternum duratura eſt.*

cognitio boni finiti ob immixtos defectus, nec co¬
gnitio boni increati ob defectum distinctae intelli¬
gentiae attentionem ita figere potest, ut avertere
porro non possimus. Ergo teste intima experien¬
tia liberi *sumus in eligendo bono & malo, liberta¬
te indifferentiae, & liberi in consectando sine ultimo*
(§. 5).

§. 8.

Quoniam nonnisi is auctor suae electionis est, qui libere eligit, *sola libertas arbitrii est ratio ad¬aequata meriti & demeriti, laudis & vituperii.*

§. 9.

Amando verum bonum (§. 6.) promovemus cum beatitudine ipsam DEI gloriam (§§. 4. 5. ), eligendo verum malum, ceu impedimentum finis ultimi, beatitudinem cum ipsa DEI gloria con¬temnimus; itaque *in aversatione boni veri cogniti, & in appetitione mali veri cogniti intervenit verus con¬temtus practicus boni infiniti;* si quidem cum ipso actu voluntatis conjuncta est cognitio DEI ceu auctoris boni creati, & finis ultimi.

§. 10.

Cum beatitudo, cujus caussa creati sumus, sit status perdurans completae felicitatis, in hac autem vita, stante liberate ad malum positivum, intuitus completus verae voluptatis impossibilis sit, *beatitudo est properius alterius vitae status.* Porro cum bonitas respectiva DEI erga beatus jam crea¬turas se ipsam limitare nequit, *beatitudo aeternum duratura est.*

§. 11.

Quoniam DEUS ſumma efficacia vult, ut finem ultimum bono libertatis uſu (§. 8.) conſequamur (§. 6.), *hunc ipſum libertatis uſum ſufficientibus mediis vi perfectionum ſuarum promovere tenetur.*

§. 12.

*Media ſufficientia nequeunt* eſſe talia, quæ voluntati *phyſicam* neceſſitatem inferunt; talis enim neceſſitas ipſam libertatem tollit; ergo *media ſufficientia nonniſi vim movendi moralem, ſalva ceteroquin ipſa libertate, habere debent.*

§. 13.

*Medium tale ſufficiens eſt certitudo futuræ beatitudinis æternum duraturæ huic conditioni affixa; ſi in præſente vitæ ſtatu triplici illius amoris ſtudio* (§. 5.) *DEO gloriam reddere conemur;* nullum enim aliud motivum juſtam cum neceſſitate morali, qua ad malum morale trahimur, proportionem habet.

§. 14.

Motivum hoc omnem movendi vim amittet, ſi beatitudo etiam illis adveniret, qui contemto DEO, finem creationis neglexerint. Itaque evidens eſt, *ad futuram beatitudinem nonniſi eos admitti poſſe, qui in hac vita libertatis abuſu nunquam a fine ultimo deficiant, vel abuſum denuo reparent.*

§. 15.

Interim mens humana natura ſua vitæ immortalis capax eſt, *eamque poſt mortem corporis evi-*

*den-*

§. 11.

Quoniam DEUS summa efficacia vult, ut sinem ultimum bono libertatis usu (§. 8.) conse¬ quamur (§. 6. ), *hunc ipsum libertatis usum suffi¬ cientibus mediis vi perfectionum suarum promovere tenetur.*

§. 12.

*Media sufficientia nequeunt* esse talia, quae vo¬ luntati *physicam* necessitatem inserunt; talis enim neccessitas ipsam liberatem tollit; ergo *media suf¬ scientia nonnisi vim movendi moralem, salva cetero¬ quin ipsa libertate, habere debent.*

§. 13.

*Medium tale sufficeiens est certidudo futurae titudinis aeternum duraturae huic contitioni affixa; si in praesente vitae statu triplici illius amoris studio ( §. 5. ) DEO gloriam reddere conmemur;* nullum enim aliud motivum justam cum necessitate mo¬ rali, qua ad malum morale trahimur, proportio¬ nem habet.

§. 14.

Motivum hoc omnen movendi vim amittet, si beatitudo etiam illis adveniret, qui contemto DEO, finem creationis neglexerint. Itaque evi¬ dens est, *ad futuram beatitudinem nonnisi eos ad¬ mitti posse, qui in hac vita libertatis abusu nunquam a fine ultimo deficiant, vel abusum denuo reparent.*

§. 15.

lnterim mens humana natura sua vitae im¬ mortalis capax est, *eamque post mortem corporis evi¬*

*denter continuabit, ſiquidem DEUS ipſius exiſtentiam continuabit* &c. (§. Pſych. 425.).

## §. 16.

Si impiorum animi poſt mortem actu ſuperſtites ſunt, beatitudinis irreparabili (§. 14.) jactura, & propriæ imperfectionis intuitu immenſum neceſſario cruciabuntur. Porro *intuitus* pravorum habituum in vita contractorum obſtabit, quo minus vel ſibi vel ſociis ullam veram felicitatem conſequantur. Ergo *ſolo lumine naturali evidens eſt, animos impiorum, ſiquidem poſt mortem ſuperſtites ſunt, æternis pœnis fore cruciandos.*

## §. 17.

Si DEUS poſt mortem impiorum animas annihilaret, & ſic eas æterno cruciatui alias neceſſario conſequenti eriperet: *ſubtractio beatitudinis omnem movendi vim amitteret in tanta male agendi morali neceſſitate.* Dein ſic & ipſi probi majoribus impiorum vexationibus exponerentur, & grave periculum immineret, ne & ipſi, ſubmoto infelicitatis poſitivæ motivo, a fine ultimo tandem deficerent. *Decet ergo divinam Sapientiam & bonitatem, animas impiorum conſervare poſt mortem, ita ut intempeſtiva illa miſeratio, qua eas annihilaret, DEUM poſitive dedeceret. Ex ſolo itaque lumine rationis evidens eſt, animos non ſolum proborum, ſed & improborum in altero vitæ ſtatu fore ſuperſtites, & hos æternis pœnis cruciandos, uti illos æterna beatitudine fruituros: ſiquidem utrique morale ſeu meritum, ſeu demeritum perſeverantia ſua conſummaverint.*

§. 18.

*denter continuabit, siquidem DEUS ipsus existen¬ tiam continuabit &c.* (§. Psych. 425).

§. 16.

Si impiorum animi post mortem actu super¬ stites sunt, beatitudinis irreparabili (§. 14.) ja¬ ctura, & propriae imperfectionis intuitu immensum necessario cruciabuntur. Porro *intuitus* pravorum habituum in vita contractorum obstabit, quo mi¬ nus vel sibi vel sociis ullam veram felicitatem consequantur. Ergo *solo lumine naturali evidens est, amimos impiorum, siquidem post mortem supersti¬ tes sunt, aeternis poenis fore cruciandos.*

§. 17.

Si DEUS post mortem impriorum animas an¬ nihilaret, & sic eas aeterno cruciatui alias neces¬ sario consequenti eriperet: *subtractio beatitudinis omnem movendi vim amitteret in tanta male agendi morali necessitate.* DEIN sic & ipsi probi majori¬ bus impriorum vexationibus exponeretur, & gra¬ ve periculum immineret, ne & ipsi, submoto in¬ felicitatis positivae motivo, a sine ultimo tandem *desicerent. Decet ergo divinam Sapientiam & bo¬ nitatem, animas impriorum conservare post mortem, ita ut intempestiva illa miseratio, qua eas annihila¬ ret. DEUM positive dedeceret. Ex solo itaque lu¬ mine rationis evidens est, animos non solum probo¬ rum, sed & improborum in altero vitae statu fore superstitet, & hos aeternis poenis cruciandos, uti il¬ los aeterna beatitudine fruituros: siquidem utrique mo¬ rale seu meritum, seu demeritum perseverantia sua* consummaverint.

§. 18.

*Oſtenſa* jam æterna tum beatitudine tum infelicitate, duplex divinæ voluntatis actus conſideratur. Actus voluntatis divinæ efficax, quo vult, ut creatura bonum fini ultimo conſentaneum operetur, & illi oppoſitum omittat, conjunnctus cum determinatione præmii, aut per rectum libertatis uſum obtinendi, aut per libertatis abuſum amittendi, *divinæ voluntatis conſilium* vocatur. Idem actus ſi præter præmium amittendum inſuper pœnam poſitivam omiſſioni vel actioni cuicunque affigat, *lex divina* dicitur.

§. 19.

*Effectus immediatus tam legis quam conſilii*, eſt *cognitio iſtius, creaturæ rationali communicata, inſtar motivi impellentis ad bonum, & abſterrentis a malo, effectus mediatus eſt vel actus legi aut conſilio conformis, a creatura libere poſitus, & collatio præmii a DEO facienda*; vel *actus legi, aut conſilio difformis, & illatio pœnæ reſpectu legis; aut ſubtractio præmii reſpectu conſilii.*

§. 20.

*Effectus immediatus conſilii & legis*, h. e. ejusdem certa cognitio, quatenus imponit neceſſitatem moralem agendi vel non agendi dicitur *obligatio paſſiva*, eaque *imperfecta*, ſi vim movendi repetit a præmio tantum, *perfecta*, ſi inſuper a pœna.

§. 21.

Actio libera hominis, ſubſtans DEI conſilio, vel legi, *officium* appellatur, *debitum*, ſi legi, *indebitum*, ſi conſilio. Itaque *officia hominis cujusque*

*ſunt*

§ . 18.

*Oſtenſa* jam aeterna tum beatitudine tum in¬ felicitate, duplex divinae voluntatis actus confide¬ ratur. Actus voluntatis divinae efficax, quo vult, ut creatura bonum fini ultimo conſentaneum ope¬ retur, & illi oppoſitum omittat, conjunnctus cum determinatione praemii, aut per rectum libertatis uſum obtinendi, aut per libertatis abuſum amit¬ *tendi, divinae voluntatis conſilium* vocatur. Idem actus ſi praeter praemium amittendum inſuper poe¬ nam poſitivam omiſſioni vel actioni cuicunque af¬ figat, *lex divina* dicitur.

§ . 19.

*Effectus immediatus tam legis quam conſilii,* eſt *cognitio iſtius, creaturae rationali communicata, in¬ ſtar motivi impellentis ad bonum, & abſterrentis a malo effectus mediatus eſt vel actus legi aut conſilio conformis, a creatura libere poſitus, & collatio prae¬ mii a* DEO *facienda*; vel *actus legi, aut conſilio difformis, & illatio poena reſpectu legis; aut ſub¬ tractio praemii reſpectu conſilii.*

§ . 20.

*Effectus immediatus conſilii & legis,* h.e. ejuſ¬ dem certa cognitio, quatenus imponit neceſſitatem moralem ageni vel non agendi dicitur *obligatio paſſiva,* eaque *imperfecta,* ſi vim movendi repetit a praemio tantum, *perfecta,* ſi inſuper a poena.

§ . 21.

Actio libera himinis, ſubſtans DEI conſilio, vel legi, *officium* appellatur, *debitum*, ſi legi, *in¬ debitum, ſi conſilio. Itaque officia hominis cujuſque*

*ſunt triplicis generis* (§§. 5. 6.), *erga DEUM, ſe ipſum & alios, quorum conſtanti executione & pœnas æternas evitare, & beatitatem æternam conſequi ipſum oporteat.*

§. 22.

*Conſilia & leges divinæ aliunde naturali ratione cognoſci non poſſunt, niſi certo judicio prius conſenſum vel diſſenſum actuum noſtrorum cum fine ultimo cognoverimus;* ex generali enim principio practico reliquæ morum regulæ cognoſcuntur. Atqui hoc principium (§. 5.) omnes actus ceu media ad finem ultimum refert. Ergo quidquid ad finem conducit, vel præſcribi, vel ſuaderi ſaltem, quidquid cum eo pugnat, vetari oportet. Itaque omnes leges & conſilia ex conſenſu vel diſſenſu actuum cum fine ultimo naturali ratione cognoſcuntur; ſicut hic ipſe ſeu conſenſus ſeu diſſenſus ratio ſufficiens conſilii & legis ferendæ legislatori divino eſſe debet.

§. 23.

Diſſenſus actus noſtri vel conſenſus cum fine ultimo dicitur *bonitas vel malitia objectiva* FUNDAMENTALIS, REMOTA, & INCOMPLETA, eoquod fundamentum ſit, cur DEUS talem actum præſcribat, vel prohibeat. Judicium certum prævium, quo conſenſum vel diſſenſum actus cum fine ultimo cognoſcimus, *dictamen conſcientiæ remotum*, judicium vero, ex priore immediate naſcens, quo ipſam DEI legem ſeu conſilium cognoſcimus, *dictamen conſcientiæ proximum* vocatur: ipſe conſenſus vel diſſenſus actus cum lege & conſilio *bonitas vel malitia objectiva* PROXIMA & COMPLETA.

I. *Di-*

*sunt triplicis generis (§§. 5. 6.), erga DEUM se ipsum & alios, quorum constanti executione & poenas aeternas evitare, & beatitatem aeternam con¬ sequi ipsum oporteat.*

§ . 22.

*Consilia & legas divinae aliunde naturali ra¬ tione cognosci non possunt, nisi certo judicio prius consensumn vel dissensum actum nostorum cum sine* practico reliquae morum regulae cognoscuntur. At¬ qui hoc principium (§. 5.) omnes actus ceu me¬ dia ad findem ultimum refert. Ergo quidquid ad finem conducit, vel praescribi, vel suaderi faltem, quidquid cum eo pugnat, vetari oportet. Itaque omnes leges & consilia ex consensu vel dissensu actum cum fine ultimo naturali ratione cogno¬ scuntur; sicut hic ipse seu consensus seu diffen¬ sus ratio sufficiens consilii & legis serendae legis¬ latori divino esse debet.

§. 23.

Dissensus actus nostri vel consensus cum fi¬ ne ultimo dicitur *bonitas vel malitia objectiva* FUN¬ DAMENTALIS,REMOTA, & INCOMPLETA, eoquod fundamentum sit, cur DEUS talem actum prae¬ scribat, vel prohibeat. Judicium certum prae¬ vium, quo consensum vel dissensum actus cum sine ultimo cognoscimus, *dictatem conscientiae re¬ motum,* judicium vero, ex priore immediate na¬ scens, quo ipsam DEI legem seu consilium co¬ gnoscimus, *dictamen conscientiae proximum* vocatur: ipse consensus vel dissensus actus cum lege & con¬ filio *bonitas vel malitia objectiva* PROXIMA & COM¬ PLETA.

I. *Dictamen conſcientiæ remotum poteſt eſſe citra culpam falſum.* Cognitio enim humana circa rationem veri boni & mali poteſt citra liberum arbitrium eſſe errori obnoxia.

II. Itaque actus, quem quis bonum judicat, poteſt eſſe fundamentaliter malus & viciſſim.

III. Conſenſum ergo actus cum fine, quoad finis cognitioni ſubeſt, diſtinguere oportet a conſenſu actus cum fine; prout hic mere fundamentalis eſt, abſtrahendo a cognitione. Hinc prior ille conſenſus, prout eſt cognitus, dicitur BONITAS FORMALIS. Idem de malitia.

* Uberiorem demonſtrationem principiorum horum Theologia Naturalis ſuppeditat. Hic ſufficit illa attigiſſe quæ ad Religionis notionem neceſſaria ſunt.

## §. 24.

*Officia hominis* tam perfecta quam imperfecta, erga DEUM, nos ipſos, & alios homines, & cognoſci & expleri ab homine debent, ut finem ultimum, gloriam DEI nempe & beatitudinem maximam conſequamur (§. 21.). *Judicia*, quibus intellectus dirigitur ad cognoſcenda, & voluntas impellitur ad explenda illa officia, *regulæ officiorum hominis* vocantur. Summa regularum & officia docentium, & ad ea exequenda impellentium *Religio* appellatur.

## §. 25.

I. Aliquæ Religionis regulæ itaque præciſe *intellectum* dirigunt ad officia hominis cognoſcenda, aliæ *voluntatem* ad ea implenda movent; hæ

*præ-*

I. *Dictamen conscientiae remotum potest esse ci¬ tra culpam falsum.* Cognitio enim humana circa rationem veri boni & mali potest citra liberum arbitrium esse errori obnoxia.

II. ltaque actus, quem quis bonum judi¬ eat, potest esse fundamentaliter malus & vicissim.

III. Consensm ergo actus cum fine, quoad finis cognitioni subest, distinguere oportet a con¬ sensu actus cum fine, prout hic mere fundamen¬ talis est, abstrahendo a cognitione. Hinc prior ille consenus, prout est cognitus, dicitur BONI¬ TAS FORMALIS. Idem de mailtia.

* Uberiorem demonstrationem principiorum horum Theologia Naturalis suppeditat. Hic sufficit illa attigisse quae ad Religionis notionem necessaria sunt.

§. 24.

*Officia hominis* tam perfecta quam imperfe¬ cta, erga DEUM, nos ipsos, & alios homines, & cognosci & expleri ab homine debent, ut fi¬ nem ultimum, gloriam DEI nempe & beatitudi¬ nem maximam consequamur (§21.). *Judicia,* quibus intellectus dirigitur ad cognoscenda, & vo¬ luntas impellitur ad explenda illa officia, *regulae* officiorum hominis vocantur. Summa regularum & officia docentium, & ad ea exequenda impellen¬ tium *Religio* appellatur.

§ . 25.

I. Aliquae Religionis regulae itaque praecise *intellectum* dirigunt ad officia hominis cognoscen¬ da, aliae *voluntatem* ad ea implenda movent; hae

*practicæ*, illæ mere *ſpeculativæ* nominantur, & *theoreticæ*.

II. *Speculativa ſunt principia ſuperius tradita de exiſtentia DEI, de ipſius perfectione, providentia, & ſapientia in gubernando univerſo* (§. 1.), *de fine creationis* (§§. 3. 4.), *de bono vero & adparente tantum* (§. 6.), *de libertate hominis* (§. 7.), *de capacitate meriti, laudis & vituperii* (§. 8.), *de bonitate fundamentali vel malitia actionum, & reſultante inde DEI gloria vel contemtu* (§§. 22. 23.). Hæc enim omnia intellectum dirigunt ad cognoſcendam legem, vel conſilium, item ad actiones huic vel illi, ſeu conformes, ſeu difformes, h. e. ad OFFICIA hominis.

§. 26.

*Practicæ ſunt* regulæ *de exiſtentia obligationis* (§. 20.), i. e. *conſilii vel legis* (§. 19.), *de futuris præmiis & pœnis* (§§. 13. 14.), *de alterius vitæ beatitudine vel infelicitate, immortalitate, & æternitate* (§§. 15. 16. 17. &c.), *imo etiam ex Cor. II. propoſitis aliquæ ſimul practicæ ſunt, quæ de amabilitate, & excellentia DEI, de vero bono & malo agunt* &c.

* Ecce: ut nullum prorſus principium notioni Religionis præmiſimus, quod non ad hanc complendam & illuſtrandam ſerviat.

III. *Ex his principiis alia aliis ſunt priora, ita ut illorum notitia deficiente, cetera vel non cognoſci, vel non ſufficientem movendi vim habere poſſint; talia ſunt principia prima de exiſtentia, poten-*

*practicae,* illae mere *speculativae* nominantur, & *theoreticae.*

IV. *Speculativa sunt principia superius tradi¬ ta de existentia DEI, de ipsus perfectione, provi¬* dentia, & sapientia in gubernando universo (§. 1.), *de fine creationis (§§. 3. 4), de bono vero & ad¬ parente tantum (§. 6.), de libertate hominis (§. 7.).* de capacitate meriti, laudis & vituperii (§. 8), *de bonitate fundamentali vel malitia actionum, & resul¬ tante inde DEI gloria vel contemu (§§. 22. 23. ).* Haec enim omnia intellectum dirigunt ad cogno¬ scendam legem, vel consilium, item ad actiones huic vel illi, seu conformes, seu difformes, h.e. ad OFFICIA hominis.

§. 26.

*Practicae sunt* regulae *de existentia obligatio¬ nis (§. 20.), i.e. consilii vel legis (§. 19.), de futuris praemiis & poenis (§§. 13. 14), de alte¬ rius vitae beatitudine vel infelicitate, immortalita¬ te, & aeternitate* (§§. 15. 16. 17. &c.), *imo etiam ex Cor. II. propositis aliquae simul practicae sunt, quae de amabilitate, & excellentia DEI, de vero bono & malo agunt &c.*

* Ecce: ut nullum prorsus principium notioni Re¬ ligionis praemisimus, quod non ad hanc complendam & illustrandam serviat.

*III. Ex his principiis alia aliis sunt priora, ita ut illorum notitia deficiente, cetera vel non co¬ gnosci, vel non sufficientem movendi vim habere pos¬* sint; talia sunt principia prima de existentia, po¬

*tentia, providentia DEI, tum vero item de libertate hominis, de alterius vitæ exiſtentia, & perennitate.* Absque illis enim nulla obligatio, absque his nulla ſufficiens movendi vis in obligatione cognoſci poteſt. Contra, ſi in criterio boni veri & adparentis aliquando aberres, error tanti momenti non erit.

IV. *Sine Religione* officia hominis nec cognoſci, nec expleri poſſunt (§. 24.); *ſine notitia* & executione *officiorum* nulla vera felicitas (§. 21.). Ergo absque notitia Religionis & præcipuarum ſaltem ejus regularum (§. præſ. III.) nulla vera felicitas obtineri poteſt.

*tentia, providentia DEI, tum vero item de liber¬
tate hominis, de alterius vitae existentia, & peren¬
nitate.* Absque illis enim nulla obligatio, abs¬
que his nulla sufficiens movendi vis in obligatio¬
ne cognosci potest. Contra, si in criterio boni
veri & adparentis aliquando aberres, error tanti
momenti non erit.

IV. *Sine Religione* officia hominis nec co¬
gnosci, nec expleri possunt (§. 24.); *sine noti¬
tia* & executione *officiorum* nulla vera felicitas (§.
21.) Ergo absque notitia Religionis & praeci¬
puarum faltem ejus regularum (§. praes. III.)
nulla vera felicitas obtineri potest.

# CAPUT II.

## DE NOTITIA SUFFICIENTE RELIGIONIS, ET NECESSITATE ALICUJUS CIRCA EAM REVELATIONIS DIVINÆ.

### ARTICULUS I.

### *Principia prævia.*

§. 27.

*Datur aliqua vera Religio.* Evidens eſt, ſaltem *DEO notas eſſe veras regulas* de bono & malo vero (6.), *earumque notitiam nobis* poſſe a DEO *communicari.* Evidens porro eſt, exinde ſuppoſita noſtra libertate (§. 7.) a DEO nobis *legem imponi poſſe* verum bonum cognitum amandi, & malum averſandi. Evidens eſt denique, *legis hujus notitia* voluntatem noſtram ad officia varia in bono illo volendo, & malo averſando, potenter impelli. Atqui omnes illæ regulæ veram Religionem efficiunt (§. 4.); ergo vera aliqua Religio evidenter datur.

§. 28.

*Evidens eſt ad finem creationis obtinendum aliquam ſufficientem notitiam ſaltem primarum & maxime præcipuarum regularum veræ Religionis eſſe abſolute neceſſariam.* *Finis ultimus* eſt major DEI gloria, ex ſumma creaturarum rationalium beatitudine reſultans; *media* vero executio officiorum hominis. Atqui nec finem, nec media poſſumus appetere, niſi ſint cognita; imo niſi DEI exiſten-

# CAPUT II.

## DE
## NOTITIA SUFFICIENTE RELIGIONIS, ET NECESSITATE ALICUJUS CIRCA EAM RELEVATIONIS DIVINAE

### ARTICULUS I.

*Principia praevia.*

§ . 27.

*Datur aliqua vera Religio.* Evidens est, faltem *DEO notas esse veras regulas* de bono & malo vero (6.), *earumque notitiam nobis* posse a DEO *communicari*. Evidens porro est, exinde supposita nostra libertate (§. 7.) a DEO nobis *legem impo¬ni posse* verum bonum cognitum amandi, & ma¬lum aversandi. Evidens est denique, *legis hujus notitia* voluntatem nostram ad officia varia in bo¬no illo volendo, & malo aversando, potenter im¬pelli. Atqui omnes illae regulae veram Religio¬nem efficiunt (§. 4.); ergo vera aliqua Religio evidenter datur.

§. 28.

*Evidens est ad finem creationis obtinendum ali¬quam sufficientem notitiam saltem primarum & ma¬xime praecipuarum regularum verae Religionis esse ab¬solute necessariam. Finis ultimus* est major DEI gloria, er summa creaturarum rationalium bea¬titudine resultans; *media* vero executio officiorum hominis. Atqui nec findem, nec media possumus appetere, nisi sint cognita; imo nisi DEI existen¬

tiam, providentiam, libertatem & immortalitatem mentis noſtræ, præmiorum & pœnarum æternitatem cognoſcamus, nec finis, nec mediorum utrorumque cognitorum aliqua nos CURA afficiet. Atqui hæ ſunt præcipuæ Religionis regulæ (§. 26. III.); ergo &c.

§. 29.

*Nulla Religionis notitia ſufficiens eſt, niſi ſaltem moraliter certi ſimus de primis Religionis veræ regulis, quas* (§. 26. III.) *determinavimus.* Sive enim de exiſtentia providentiæ, bonis præmia, malis ſupplicia æterna intentantis, ſive de noſtra libertate, immortalitate, ſive de legis divinæ obligatione graviter dubitemus, motivorum *per ſe* ſufficientium vis *incertitudine* ita debilitatur, ut non amplius proportionem habeat cum exceſſu ſtimulorum, queis ad malum morale impellimur, & exceſſu tædiorum, in virtutis exercitio occurrentium. Itaque

§. 30.

I. *Non ſufficit dictamen remotum moraliter certum de bono amplectendo & malo fugiendo, niſi adſit dictamen proximum de voluntate DEI, actionem ſeu imperante, ſeu prohibente.*

II. *Imo neque hoc dictamen ſufficit, niſi inſuper certi ſimus, penes arbitrium noſtrum eſſe id ipſum facere, vel omittere;* item *niſi certi ſimus, aliam poſt hanc ſupereſſe vitam, felicem pro bonis, infelicem pro improbis.* Quodvis enim iſtorum deerit, ſemper motiva impellentia deficient.

§. 31.

tiam, providentiam, libertatem & immortalitatem mentis nostrae, praemiorum & poenarum aeterni¬tatem cognoscamus, nec finis, nec mediorum utrorumque cognitorum aliqua nos CURA afficiet. Atqui hae sunt praeciupae Religionis regulae (§. 26. III); erge &c.

§. 29.

*Nulla Religionis notitia sufficiens est nisi sal¬tem moraliter certi simus de primis Religionis verae regulis, quas (§. 26. III.) determinavimus.* Sive enim de existentia providentiae, bonis praemia, malis supplicia aeterna intentantis, sive de nostra libertate, immortalitate, sive de legis divinae ob¬ligatione graviter dubitemus, motivorum *per* se sufficientium vis *incertitudine* ita debilitatur, ut non amplius proportionem habeat cum excessu stimulorum, queis ad malum morale impellimur, & excessu taediorum, in virtutis exercitio occur¬rentium. Itaque

§. 30.

*I. Non sufficit dictamen remotum moraliter cer¬tum de bono amplectendo & malo fugiendo, nisi ad¬sit dictamen proximum de voluntate DEI, actionem seu imperante, seu prohibente.*

*IV. Imo neque hoc dictamen sufficit, nisi insu¬per certi simus, pens arbitrium nostrum esse id ip¬sum facere, vel omittere; item nisi certi simus aliam post hanc superesse vitam, felicem pro bonis, infeli¬cem pro improbis.* Quodvis enim istorum deerit, semper motiva impellentia deficient.

## §. 31.

*Lemma logicum.* Sex veritatis certo cognoſcendæ criteria ſuppetunt:

1.) *Senſus externus*, quo rerum externarum ſenſibilium exiſtentiam diſcimus;

2.) *Senſus intimus*, quo mutationes mentis noſtræ immediate experimur;

3.) *Demonſtratio*, qua ex DISTINCTIS ideis & judiciis mediatis veritates generales evidenter cognoſcit ratio;

4.) *Senſus communis*, h. e. eadem ratio, omnibus hominibus communis, ex CONFUSIS ideis aliquid adſerens;

5.) *Auctoritas ſufficiens*, eaque vel *humana*, vel 6.) *divina* aliquid atteſtans; quæ atteſtatio a DEO facta *revelatio divina* dicitur.

## §. 32.

I. Cum primæ Religionis regulæ non cadant ſub ſenſum externum, evidens eſt, *ſenſum externum non eſſe aptum earum criterium.*

II. Cum *electio libera* mentis mutatio ſit, ceteræ vero primæ regulæ mentis mutationes non ſint, evidens eſt, *ſenſu intimo ſolam libertatem mentis noſtræ addiſci.*

III. *Ceteris ergo Religionis regulis omnibus diſcendis nulla alia criteria ſervire poſſunt; quam demonſtratio, ſenſus communis, auctoritas humana, & divina revelatio.*

§. 31.

*Lemma logicum.* Sex veritatis certo cogno¬
scendae criteria suppetunt:

1.) *Sensus externus,* quo rerum externarum
sensibilium existentiam discimus;

2.) *Sensus intimus,* quo mutationes mentis
nostrae immediate experimur;

3.) *Demonstratio,* qua ex DISTINCTIS ideis
& judiciis mediatis veritates generales evidenter
cognoscit ratio;

4.) *Sensus communis,* h.e. eadem ratio, om¬
nibus hominibus communis, ex CONFUSIS ideis
aliquid adserens;

5.) *Auctoritas sufficiens,* eaque vel *humana,*
vel 6.) *divina* aliquid attestans; quae attestatio
a DEO facta *revelatio divina* dicitur.

§. 32.

I. Cum primae Religionis regulae non ca¬
dant sub sensum externum evidens est, *sensum ex¬
ternum non esse aptum earum criterium.*

II. Cum *electio libera* mentis mutatio sit, ce¬
terae vero primae regulae mentis mutationes non
sind, evidens est, *sensu intimo solam libertatem men¬
tis nostrae addisci.*

*IV. Ceteris ergo Religionis regulis omnibus di¬
scendis nulla alia criteria servire possunt; quam de¬
monstratio, sensus communis, auctoritas humana, &
divina revelatio.*

IV. Itaque ſi oſtendi poteſt, neque demonſtrationem,* neque ſenſum communem, neque auctoritatem humanam univerſe ſufficere, *hoc ipſo aliqua revelationis neceſſitas jam evicta eſt.*

## §. 33.

*Qui DEI exiſtentiam quidem profitentur, Religionis vero totius inſtitutum* AD DEMONSTRATIONIS *rigorem exigunt, non ſolum* SENSU COMMUNI, *ſed* DIVINA REVELATIONE *omni repudiata, Theiſtæ* dicuntur. Triplici autem ex ratione divinam revelationem repudiant; *primo*, quod eam SUPERFLUAM credant, cum ratio ſibi ſoli ſufficiat; *dein* quod eam *rationi* ADVERSARI intelligant, cum nihil revelari poſſe putent, quod ratione comprehendi nequeat: *tertio*, quod EXISTENTIAM Religionis non poſſe ſufficienter probari putent.

* Nonniſi hoc loco NOTIONEM Theiſtæ poni debere, inde patet, quod hæc notio a criteriorum cognitione vel maxime dependeat; cum præter demonſtrationem nullum aliud veritatis criterium admittatur ab iis,, qui Theiſtarum nomine veniunt.

## §. 34.

Itaque ut Theiſtarum FUNDAMENTUM ſubruatur, tria oſtendi debent;

I. Eam eſſe revelationis divinæ NECESSITATEM, ut ſine ea fini ultimo male conſultum foret.

II. Evidenter a DEO revelari poſſe ea, quæ RATIONEM SUPERENT, imo rationi in ſpeciem repugnent.

III.

IV. ltaque si ostenti potest, neque demon¬ strationem, neque sensum communem neque au¬ ctoritatem humanam universe sufficere, *hoc ipso aliqua revelationis necessitas jam evicta est.*

§. 33.

*Qui DEI existentiam quidem profitentur, Re¬* ligionis vero totius institutum AD DEMONSTRATIO¬ NIS *rigorem exigunt, non solum* SENSU COMMUNI, *sed* DIVINA RELEVATIONE *omni repudiata, Theistae* dicuntur. Triplici autem ex ratione divinam re¬ velationem repudiant; *primo*, quod eam SUPER¬ FLUAM credant, cum ratio sibi soli sufficiat; *dein* quod eam *rationi* ADVERSARI intelligant, cum ni¬ hil revelari posse putent, quod ratione compre¬ hendi nequeat: *tertio,* quod EXISTENTIAM Reli¬ gionis non posse sufficienter probari putent.

* Nonnisi hoc loco NOTIONEM Theistae poni de¬ bere, inde patet, quod haec notio a criteriorum co¬ gnitione vel maxime dependeat; cum praeter demon¬ strationem nullam aliud veritatis criterium admittatur ab iis, , qui Theistarum nomine veniunt.

§. 34.

ltaque ut Theistarum FUNDAMENTUM sub¬ ruatur, tria ostendi debent;

I. Eam esse revelationis divinae NECESSITA¬ TEM, ut sine ea fini ultimo male consultum foret.

II. Evidenter a DEO revelari posse ea, quae RATIONEM SUPERENT, imo rationi in speciem repugnent.

III. Ea pro EXISTENTIA revelationis divinæ argumenta ſuppetere, quæ nullum prudens dubium in ſano homine relinquant.

* Primum præſentis, reliqua ſequentium capitum argumentum conficient.

## ARTICULUS II.

### *An demonſtrationis evidentia veræ Religionis noſcendæ criterium eſſe queat pro vulgo hominum.*

### §. 35.

*Experientia duplex.* I. Ingentes ſunt ex una parte metaphyſicarum demonſtrationum DIFFICULTATES in combinandis inter ſe DEI attributis, v. g. providentia in permittendis malis, & infinita bonitate, libertate & immutabilitate &c.

II. Ex altera parte ſi hominum ſtatum tum animi, tum vitæ, tum negotiorum, tum ſexus, tum naturalis capacitatis probe perſpectum habemus, certi erimus, *fœminas* ad hanc noſcendæ Religionis viam vix non ineptas eſſe, eum tamen maximam hominum partem conficiant; dein *omnes in puerili ætate defuncti* a Religionis notitia excipiendi erunt. *Quotquot agriculturæ* ex originis conditione, *opificiis*; aut *militiæ* a primis annis dediti ſunt, quotquot *mercimoniis*, aut *officiis civilibus* ſe dedicant, inter Religionis cultores cenſeri non poterunt, ſi via demonſtrationis ſit unica ex iis etiam, qui *humaniores literas*, qui *Hiſtoriam*, *Matheſin*, *Medicinam* ſectantur, pauciſſimi ſe metaphyſicis meditationibus immergunt. Itaque Religio *ad ſolos* fere *Philoſophos* pertinebit. Jam hos inter nullus ſaltem ante duodeci-

& necessitas alicujus circa eam revelat. div. 21
III. Ea pro EXISTENTIA revelationis divinae argumenta suppetere, quae nullum prudens du¬bium in sano homine relinquant.
* Primum praesentis, reliqua sequentium capitum argumentum conficient.

## ARTICULUS II.

*An demonstrationis evidentia verae Religionis noscendae criterium esse queat pro vulgo hominum.*

§. 35.

*Experientia duplex.* I. Intengentes sunt ex una parte metaphysicarum demonstrationum DIFFICUL¬TATES in combinandis inter se DEI attributis, v.g. providentia in permittendis malis, & infi¬nita bonitate, libertate & immutabilitate &c.
II. Ex altera parte si hominum statum tum animi, tum vitae, tum negotioru, tum fe¬xus, tum naturalis capicitatis probe perspectum habemus, certi erimus, *faeminas* ad hanc noscen¬dae Religionis viam vix non ineptas esse, eum tamen maximam hominum partem conficiant; dein *omnes in puerili aetate defuncti* a Religionis notitia excipiendi erunt. *Quotquot agriculturae* ex ori¬gnis conditione, *opificiis*; aut *militiae* a primis annis dediti sunt, quotquot *mericimoniis*, aut *offi¬ciis civilibus* se dedicant, inter Religionis culto¬res censeri non poterunt, si via demonstrationis sit unica ex iis etiam, qui *humaniores literas*, qui *Historiam, Mathesin, Medicinam,* sectantur, pauscis¬simi se metaphysicis mediationibus immergunt. ltaque Religio *ad solos* fere *Philosophos* pertine¬bit. Jam hos inter nullus faltem ante duodeci¬

mum ſeculum ab æra chriſtiana ad plenam evidentiam in demonſtrandis primis Religionis veræ regulis pervenit. Quin Philoſophorum Principes ipſi, *Socrates*, *Ariſtoteles*, *Plato*, *Cicero* &c. quilibet in aliqua primaria & maxime neceſſaria Religionis regula a vero aberrarunt. *Denique* ante *Thaletem* nullus Philoſophiæ cultus fuit. *Multis ergo ſeculis omni Religione humanum genus caruerit, neceſſe eſt*, ſi demonſtrationibus eam unice addiſcere oporteat. Vide Ill. Boſſuet in diſc. ſur l' Hiſtoire univerſelle cap. 16.

## §. 36.

*Ex hac duplicî experientia omnî certitudine certum eſt, quod demonſtrationum evidentiæ capiendæ circa prima veræ Religionis principia vix milleſima humani generis pars capax ſit, ſpectato humanarum rerum, qui vulgo ſit, ſtatu.*

* Totum hoc belliſſime pertractat Lactantius antiquiſſimus ( L. III. de divin. Inſtit. c. 16.), quem librum, uti & Dialogum S. Juſtini, Apologiam Athenagoræ edit. 16. 15. 12., S. Clementis Alexandrini Strom. lib. 7. edit. 16. 41. pag. 732. Theiſtis maxime velim commendatum. Inde autem, quod jam Lactantius illum ipſum errorem refutet, patet, quam perpetuas STULTITIA periodos habeat, & una veluti revolutione finita, denuo eadem recurrat. Cum tamen ſemper ſibi ſimilis perdurat VERITAS, hæc ipſa eſt unica ratio, cur Apoſtoli nunquam demonſtrationis metaphyſicas, ſed morales tantum & phyſicas de DEI exiſtentia attulerint, certi, illas priores vulgi captum tranſcendere.

* * Atqui ego ſaltem, inquit Theiſta, Religionis principia ſolo rationis lumine demonſtrata teneo. VERUM I. Quid mirum, ſi poſt tot ſeculorum ſpeculatio-

nes,

mum seculum ab aera christiana ad plenam evi¬ dentiam in demomstrandis primis Religionis verae regulis pervenit. Quin Philosophorum Principes ipsi, *Socrates, Airstoteles, Plato, Cicero* &c. qui¬ libet in aliqua primaria & maxime necessaria Re¬ ligionis regula a vero aberrarunt. *Denique* ante *Thaletem* nullus Philosopiae cultus fuit. *Multis ergo seculis omni Religione humanum genus caruerit, necesse est,* si demonstrationibus eam unice addi¬ scere oporteat. Vide III. Bossuet in disc. sur P. Histoire universelle cap. 16.

§. 36.

*Ex hac duplici experientia omni certitudine certum est, quod demonstartionum evidentiae capien¬ dae circa prima verae Religionis principia vix mille¬ sima humani generis pars capax sit, spectaco huma¬ narum rerum, qui vulgo sit, statu.*

* Totum hoc bellissime pertractat Lactantius anti¬ quissimus (L. III. de divin. Instit. c. 16.), quem librum, uti & Dialogum S. Justini, Apologiam Athenagorae edit. 16. 15. 12., S. Clementis Alexandrini Strom. lib. 7. edit. 16. 41. pag. 732 Theistis maxime velim commendatum. Inde autem, quod jam Lactantius illum ipsum errorem refutet, patet, quam perpetuas STULITIA periodos ha¬ beat, & una veluti revolutione finita, denuo eadem re¬ currat. Cum tamen semper sibi similis perdurat VERI¬ TAS haec ipsa est unica ratio, cur Apostoli nunquam de¬ monstrationis metaphysicas, sed morales tantum & phy¬ sicas de DEI existentia attulerint, certi, illas priores vul¬ gi captum transcendere.

** Atqui ego faltem, inquit Theista, Religionis principia solo rationis lumine demonstrata teneo. VE¬ RUM I. Quid mirum, si post tot seculorum speculatio¬

nes, adulta denique humani generis ratione, veritates neceſſariæ tandem demonſtrarentur, poſtquam revelatio facem prætulit; *eſt enim multo facilius invenire rationes veritatum, quam ipſas veritates.* II. *Grandis eſt injuria*, veritates a revelatione hauſtas ſoli rationi adſcribere. Certum enim habeo, niſi tu vel alii Evangelium legiſſent, nunquam eo usque ſola ratione duce te perveniſſe, poſtquam ſummi Philoſophi, queis certe par lumen rationis erat, cœcutiebant. At nonne prima juris naturæ principia cuique ſunt obvia, v. g. exiſtit DEUS, DEUS amandus, homines amandi ſicut nos &c.; quæ ipſa ad conſequendum finem ultimum jam ſufficiunt? Sed nempe non ſufficiunt. Non enim ſufficit noſſe, *quid* agendum, ſed opus eſt motivis, *ut* agamus. Hinc pari cum evidentia debet conſtare de præmiis & pœnis æternis alterius vitæ &c. Atqui iſta demonſtrare ne acutiſſimis hucusque in promtu fuit. Itaque illa principia poſſunt quidem eſſe *primæ regulæ* juris naturæ, ſed non ſunt *primæ* Religionis *regulæ*, quæ non mere ſpeculativæ, ſed vel maxime practicæ ſunt.

## ARTICULUS III.

### *An ſenſus communis ſit criterium univerſe aptum in Religionis negotio?*

### §. 37.

*Senſus communis naturæ* eſt *communis, conſtans, & non voluntaria inclinatio ad adſerendas veritates, nullo alio criterio diſtincte cognitas.*

### §. 38.

I. *Judicia, quæ ab auctoritate, præjudiciis, ſpe, metu* &c. *oriuntur, ad ſenſum communem non pertinent.*

nes, adulta deninque humani generis ratione, veritates necessariae tandem demonstrarentur, postquam revelatio facem praetulit; *est enim multo facilius inveniere rationes ve¬ ritatum, quam ipsas veritates. II. Grandis est injuria,* veritates a revelatione haustas soli rationi adscribere. Cer¬ tum enim habeo, nisi tu vel alii Evangelium legissent, nunquam eo usque sola ratione duce te pervenisse, post¬ quam summi Philosophi, queis certe par lumen rationis erat coecutiebant. AT NONNE prima juris naturae prin¬ cipia cuique sunt obvia, v.g. existit DEUS, DEUS aman¬ dus, homines amandi sicut nos &c. ; quae ipsa ad conse¬ quendum findem ultimum jam sufficiunt? SED nempe non sufficiunt. Non enim sufficit nosse, quid agendum, sed opus est motivis, *ut* agamus. Hinc pari cum evidentia debet constrare de praemiis & poenis aeternis alterius vi¬ tae &c. Atqui ista demonstrare ne acutissimis hucus¬ que in promtu fuit. Itaque illa principia possunt quidem esse primae regulae JURIS NATURAE, sed non sunt primae RELIGIONIS *regulae*, quae non mere speculativae, sed vel maxime practicae sunt.

## ARTICULUS III.

### *An sensus communis sit criterium universe aptum* in Religionis negotio?

§. 37.

*Sensus communis naturae est communis, co*n¬ *stans, & non voluntaria inclinatio ad adserendas ve¬ ritates, nullo alio cirterio distincte cognitas.*

§. 38.

*I. Judicia, quae ab auctoritate, praejudiciis, spe, metu &c. oriuntur, ad sensum communem non pertinent.*

II. *Neque perſuaſiones de fatis quibuscunque.* Criterio enim ſenſuum externorum cognoſcuntur.

III. *Nec judicia aliquibus tantum nationibus propria.*

IV. *Neque ad tempus ſolum invaluere, & poſtea rurſus deſerta ſunt.*

V. *Conſtare debet, quod paſſim a ſapientibus & probis pro certis veritatibus habeantur; quin* paucorum reſpective ineptorum diſſenſus obſit.

VI. RATIO, *omnes ad aſſenſum inclinans; nec tenuis, nec privata eſſe debet, ſed communis, & omnibus confuſe oberrans.*

VII. *Nihil tamen ad aſſenſum judiciis ſenſui communi propriis præſtandum neceſſitat.* Sola enim evidens cognitio neceſſitat. Atqui cognitio ſenſu communi orta adhuc valde obſcura eſt.

VIII. *Facta reflexione quisque impulſum confuſæ rationis in ſe ipſo animadvertere debet;* ſecus prudens aſſenſus non eſt poſſibilis.

## §. 39.

*Dantur judicia ſenſu communi orta, & inter hæc præcipuæ ſunt veritates de providentia DEI, de libertate, de præmiis æternis & pœnis, de certitudine experientiæ ſenſuum* &c. Hæc enim judicia cum plena evidentia demonſtrari poſſunt ex ſola evolutione confuſarum notionum, ſub quibus etiam in animis indoctorum latent. Atqui ratio diſtincte cogitans evolvere nihil poteſt, niſi quod præcontinetur in ratione confuſe cogitante. Ratio confuſe cogitans eſt ipſe ſenſus communis; ergo &c.

* Cri-

*II. Neque persuasiones de fatis quibuscunque.* Criterio enim sensum externorum cognoscuntur.

*III. Nec judicia aliquibus tantum nationibus propria.*

*IV. Neque ad tempus solum invaluere, & post¬ ea rursus deserta sunt.*

*IV. Constare debet, quod passim a sapientibus & probis pro vertis veritatibus habeantur; quin* pau¬ corum respective ineptorum dissensus obsit.

VI. RATIO, *omnes ad assensum inclinans; nec tenuis, nec privata esse debet, sed communis & om¬ nibus confuse oberrans.*

*VII. Nihil tamen und assensum judiciis sensui commnmi propriis praestandum necessitat.* Sola enim evidens Cognitio necessitat. Atqui cognitio sen¬ su communi orta adhuc valde obscura est.

VIII. *Facta reflexione quisque impulsum con¬ fusae rationis in se ipso animadvertere debet;* secus prudens assensus non est possibilis.

§. 39.

*Dantur judicia sensu communi orta, & inter haec praecipuae sunt veritates de providentia DEI, de¬ libertate, de praemiis aeternis & poenis, de certitu¬ dine experentiae sensum* &c. Haec enim judicia cum plena evidentia demonstrari possunt ex sola evolutione consusarum notionum, sub quibus etiam in ammis indoctorum latent. Atqui ratio distin¬ cte cognitans evolvere nihil potest, nisi quod prae¬ continetur in ratione confuse cogitante. Ratio confuse cogitans est ipse sensus communis; ergo &c.

* Criterium ſenſus communis rejecerunt Lucretius, Spinoza, Hobbes, & inter recentiores viri clariſſimi Lockius, Joannes Clericus, Thomaſius, & Theiſtæ fere omnes, quorum illi timiditatis effectum, hi ignorantiæ aſylum dixere communem naturæ ſenſum eſſe. Verum facile oſtenditur, quod ſit

## §. 40.

*Senſus communis criterium per ſe infallibile.* Confuſa illa ratio, circa iſtiusmodi judicia oberrans, & ad aſſenſum inclinans; ſi ſit conſtans & uniformis, * habet rationem ideæ ſenſualis, nec niſi claritatis intenſione differt. Atqui hæc vera eſt, niſi ens tertium (quod neque objecta ſunt, neque DEUS), nos perpetuo ludat. Ergo & illa, niſi mens ideas confuſas in judicium combinando, incompoſſibilia combinet. Jam vero æque eſt impoſſibile, ut DEUS vel perpetuam illuſionem in EXTERNO, vel perpetuum errorem generalem neceſſarium in COMMUNI ſenſu permittat.

* Dicunt Theiſtæ, ſenſum communem de principiis Religionis ortum eſſe ex innata hominum meticuloſitate, & anxietate de futuris. *Verum* non video, an ſenſus ejusmodi non potius a ſpe melioris vitæ futuræ, quam a metu ortus ſit; dein ſive ex metu, ſive ex ſpe illum repetas, metus hic ſeu ſpes aut habuit nullam rationem ſufficientem; *ergo revera eſt* STULTITIA, *univerſe humano generi tam facile non imputanda:* aut habuit aliquod fundamentum; *& aptius non inveniens, quam præviam de immortalitate & pœnis futuris &c. cognitionem, ex revelatione primo hauſtam.*

Eundem communem ſenſum 2.) repetunt ex ignorantia, qua indocti, cauſſarum ſeriem ignorantes, univerſalem effectuum cauſſam effinxerint. *Sed* ſic ſenſus

* Criterium sensus communis rejecerunt Lucretius, Spinoza, Hobbes, & inter recentiores viri clarissimi Lo¬ tius, Johannes Clericus, Thomasius, & Theistae fere omnes, quorum illi timiditatis effectum, hi ignorantiae asylum dixere communem naturae sensum esse. Verum facile ostenditur, quod sit

§. 40.

*Sensus commumnis criterium per se infallibile.*

Consusa illa ratio, circa istiusmodi judicia ober¬ rans, & ad assensum inclinans, si sit constans & uniformis, habet rationem idea sensualis, nec nisi claritatis intensione differt. Atqui haec vera est, nisi ens terium /quod neque objecta sunt, neque DEUS), nos perpetuo laudat. Ergo & il¬ la, nisi mens ideas confusas in judicium combi¬ nando, incompoossibilia combinet. Jam vero aeque est impossibile, ut DEUS vel perpetuam illusio¬ nem in EXTERNO, vel perpetuum errorem ge¬ neralem necessarium in COMMUNI sensu permittat.

* Dicnunt Theistae, sensum communem de princi¬ piis Religionis ortum esse ex innata hominum mericulo¬ sitate, & anxietate de futuris. *Verum* non video, an sensus ejusmodi non porius a spe melioris vitae futurae, quam a metu ortus sit; dein five ex metu, five ex spe illum repetas, metus hic seu spes aut habuit nullam ra¬ tionem sufficientem; *ergo reserva est* STULTITIA, *uni¬ verse humano generi tam facile non imputanda:* aut ha¬ *buit aliquod fundamentum; & aptius non inveniens, quam praeviam de immortalitate& poeis futuris &c. cogni¬ tionem; ex revelatione primo haustam.*

Eundem communem sensum 2.) repetunt ex igno¬ rantia, qua indocti, caussarum seriem ignorantes, uni¬ versalem effectuum caussam effinxerint. *Sed* sic sensus

communis revera ortus eſt ex notione confuſa *entis ab alio, & entis mutabilis.* Atqui ex hac cum evidentia infertur per demonſtrationem exiſtentia *entis a ſe.* Ergo hoc ipſo ſenſus communis erit criterium infallibile.

Volunt 3.) eundem communem ſenſum a politicis legislatorum artibus eſſe nutritum. Sed quæro 1.) unde tantum ſe effecturos ſciebant vana adſertione, niſi ſenſum communem jam præexiſtere ſciviſſent? 2.) Cur præciſe talia dogmata in ſubſidium vocabant? Scilicet quia ad ſalutem reipublicæ neceſſaria eſſe intelligebant. Cur ergo non potius veritate quam entibus fictis ſubditos veluti communi conſilio coërcuiſſe dicantur Principes? 3.) Quæſtio verſatur circa factum. Ergo ex monumentis hiſtoriæ decidenda eſſet. Atqui omnium gentium annales docent, primos earum legislatores non illico Religionem novam iis inſtituiſſe, ſed a Religione jam florente ſuis legibus auctoritatem adſciviſſe. 4.) Religionis quædam neceſſaria principia evolutione notionum confuſarum demonſtrantur; ergo a ſuaſu ipſius naturæ in hominum animis orta ſint ejusmdi judicia neceſſe eſt.

* * Sed nempe non jam quæritur, utrum ſenſus communis CRITERII rationem *per ſe* habeat, ſed utrum iſtius criterii USUS maximæ parti hominum magis in promtu ſit, præſente rerum conditione, quam uſus demonſtrationis.

## §. 41.

*Senſus communis criterium circa regulas primas Religionis* (§. 26. III.) *æque parum vulgo hominum accommodatum eſt, atque ipſa demonſtratio.* Maxime pronum eſt, ut ſenſus communis attentio propter ejus obſcuritatem *negligatur*, imo & argutioribus argumentis *impugnetur*. Stante hoc ſen-

communis revera ortus est ex natione confusa *entis ab* alio, & entis mutabilis. Atqui ex hac cum evidentia infertur per demonstrationem existentia *entis a se.* Ergo hoc ipso sensus communis erit criterium infallibile. Volunt 3.) eundem communem sensum a politicis le¬gislatorum artibus esse nutrium. Sed quaero 1.) unde tantum se effecturos sciebant vana adsertione, nisi sensum communem jam praeexistere scivissent? 2.) Cur praecise talia dogmata in subsidium vocabant? Scilicet qioa ad fa¬lutem reipublicae  necessaria esse intelligebant. Cur ergo non potius veritate quam entibus fictis subditos veluti communi consilio coercuisse dicantur Principes? 3.) Quae¬sie versatur circa factum. Ergo ex monumentis histo¬riae decidenda esset. Atqui omnium gentium annales do¬cent, primos earum legislatores non illico Religionem novam iis instituisse, sed a Religione jam florente fuis le¬gibus auctoritatem adscivisse. 4.) Religionis quaedam ne¬cessaria principia evolutione notionum confusarum demon¬strantur; ergo a suasu ipsius naturae in hominum animis orta sint ejusmodi judicia necesse est.

** Sed nempe non jam quaeritur, utrum sensus communis CRITERII rationem *per se* habeat, sed utrum tius criterii USUS maximae parti hominum magis in promtu sit, praesente rerum conditione, quam usus de¬monstrationis.

§. 41.

*Sensus communis criterium circa regulas pri¬mas Religionis (§. 26. III.) aeque parum vulgo ho¬nimum accomodatum est, atque ipsa demonstratio.*

Maxime pronim est, ut sensus communis atten¬tio propter ejus obscuritatem *negligatur*, imo & argutioribus argumentis i*mpugnetur.* Stante hoc

ſenſus communis neglectu atque contemtú publico pronum eſt, *publicam morum & doctrinæ corruptelam* ſuccedere. In tam publica contradictione moraliter impoſſibile eſt vel illam naturæ vocem *audire*; vel auditam ſequi ob debilitatam vim movendi. Atqui datur revera talis in hoc mundo & doctrinæ & morum contradictio. Ergo.

I. *Cum Theiſtarum acumen non ſufficiat ad momenta ſenſus communis capienda, utpote quem paſſim a criteriorum numero excludunt: multo minus capacitas ingeniorum vulgarium, i. e. maximæ partis hominum, in tam lata morum corruptela,* eo pertinget, quo doctiſſimi non pertingunt.

II. *Neque ex hoc luminis naturæ defectu in perноſcendis Religionis principiis aliqua in DEUM imperfectio redundat.* Sicut enim DEI non eſt eſſentias mutare, ita neque illius eſt, perfectum efficere lumen naturæ, quod natura ſua valde imperfectum eſt. Dein ſi benevolentia infinita obſcuritati ſenſus communis revelatione ſuccurrit, cujus neceſſitas ex ipſa luminis naturalis imperfectione magis magisque eluceſcit, nullus eſt defectus bonitatis reſpectivæ.

III. *Etſi ſenſus communis naturæ univerſe ſufficeret ad obligationes imperfectas officiorum maxime communium; non tamen propterea eſſet criterium univerſe ſufficiens, quia adhuc eſſet inſufficiens ad obligationes perfectas officiorum præcipuorum ſufficiente claritate & auctoritate promulgandas* (20.). Quoniam porro

IV. *Meditatio* rudes magis fatigat, quam illuminet, bona vero educatio jam ſupponit parentes univerſe Religione vera imbutos, *evidens eſt, neque contemplationem hujus univerſi, neque Philoſo-*

& necessitas alicujus circa eam revelat. div. 27 sensus communis neglectu atque contemtu publi¬ co pronum est, *publicam morum & doctrinae cor¬ ruptelam* succedere. In tam publica contradictio¬ ne moraliter impossibile est vel illam naturae vo¬ cem *audire*; vel auditam sequi ob debilitatam vim movendi. Atqui datur revera talis in hoc mundo & doctrinae & morum cotradictio. Ergo.

*I. Cum Theistarum acumen non sufficiat ad momenta sensus communis capienda, utopte quem pas¬ sim a criteriorum numero excludunt: multo minus capacitas ingeniorum vulgarium, i.e. maximae par¬ tis hominum, in tam lata morum corruptela,* eo per¬ tinget, quo doctissimi no pertingunt.

*II. Neque ex hoc luminis naturae defectu in per¬ noscendis Religionis principiis aliqua in DEUM im¬ perfectio redundat.* Sicut enim DEI non est es¬ sentias mutare, ita neque illius est, perfectum es¬ ficere lumen naturae, wuod natura sua valde im¬ perfectum est. Dein si benevolentia infinitia ob¬ scuritati sensus communis revelatione succurrit, cujus necessitas ex ipsa luminis naturalis imper¬ fectione magis magisque elucescit, nullus est de¬ fectus bonitas respectivae.

*IV. Etsi sensu communis naturae universe suf¬ ficeret ad obligationes imperfectas officiorum maxime communium; non tamen propterea esset criterium uni¬ verse sufficiens, quia adhuc esset insufficiens ad obli¬ gationes perfectas officiorum praecipuorum sufficiente cla¬* ritate & auctoritate promulgandas (20.). Quoniam porro

IV. *Mediatio* rudes magis fatigat, quam illuminet, bona vero educatio jam supponit pa¬ rentes universe Religione vera imbutos, *evidens* est, neque contemplationem hujus universi, neque Phi¬

*loſophiæ ſtudium, neque bonam educationem &c. poſſe univerſe luminis naturalis defectum ſupplere.*

## ARTICULUS IV.

### *Utrum auctoritas humana ſit aptum criterium Religionis noſcendæ ſaltem pro vulgo hominum?*

§. 42.

Aſſenſus alieno teſtimonio propter teſtantis auctoritatem præſtitus dicitur *fides*; ſi teſtimonium fertur de factis, *hiſtorica*, ſi de abſtractis veritatibus, *dogmatica* appellatur.

I. *Auctoritas teſtis hiſtorica in certa factorum notitia, ſenſuum teſtimonio accepta,*

II. *Auctoritas teſtis dogmatici in ſcientia dogmatum, utraque in teſtantis veracitate conſiſtit,*

III. *De auctoritate teſtis conſtare prius debet; quam ei fides haberi prudenter poſſit.* Eſt enim ratio ſufficiens aſſenſus.

IV. *Si circa idem ſeu factum ſeu dogma* VARIANTIA *teſtimonia ſibi mutuo opponantur, nonniſi dubiam ad ſummum fidem mereatur.*

§. 43.

Quoniam circa *notitiam* teſtis hiſtorici facile ex alieno ſenſuum teſtimonio, de *ſcientia* vero dogmatis nullo ex criterio conſtare ſatis queat homini dogmatis ignaro, circa *veracitatem* denique utriusque teſtis cognoſcendam par ſit difficultas,

*mul-*

*losophiae studium, neque bonam educationem &c. pos¬
se universe luminis naturalis defectum supplere.*

ARTICULUS IV.

*Utrum auctoritas humana sit aptum cirterium
Religionis noscendae faltem pro vulgo hominum?*

§. 42.

Assensus alieno testimonio propter testantis auctoritatem praestitus dicitur *fides*; si testimonium fertur de factis, *historica*, si de abstractis verita¬ tibus, *dogmatica* appellatur.

*I. Auctoritas testis historica in certa factorum notitia, sensuum testimonio accepta,*

*II. Auctoritas testis dogmatici in scientia do¬ matum; utraque in testantis veracitate consistit.*

*III. De aucotirate testis constrare orius debet; quam ei fides haberi prudenter possit.* Est enim ra¬ tio sufficiens assensus.

*IV. Si circa idem seu factum seu dogma VA¬ RIANTIA testimonia sibi muto opponantur, nonnisi dubiam ad summum fidem mereatur.*

§.43.

Quoniam circa *notitiam* testis historici facile ex alieno sensuum testimonio, de scientia vero do¬ gmatis nullo ex criterio constrare satis queat ho¬ mini dogmatis ignaro, circa *veracitatem* denique utriusque testis cognoscendam par sit difficultas,

*multo facilius de auctoritate teſtis hiſtorici quam dogmatici, certitudo ut plurimum obtineri poteſt.*

§. 44.

Observatio duplex. I. *Tanta omni tempore fuit varietas & contradictio opinionum* tum inter viros diverſarum provinciarum, tum inter ejusdem provinciæ, atque adeo urbis ejusdem ſapientes circa primarias Religionis regulas, quam pœne diverſa in iis organorum conſtructio.

II. *Hodiedum paſſim audiuntur hinc Atheorum ſcommata*, Religionis originem ignorantiæ, meticuloſitati, & artibus politicis tribuentium (§. 40. not. 1. 2. 3.), *illinc Theiſtarum dubia* de DEI providentia, libertate & immortalitate mentis humanæ, de æternitate ſuppliciorum &c.

§. 45.

I. *Inter auctoritatem tam contrariorum teſtium dogmaticorum, non modica acuminis opinione pollentium, decidere plebs indoctorum nequit* (§. 43.).

II. *Itaque nonniſi dubia fides in utramque partem, & animi incerta ſuſpenſio inde naſci poteſt* (§. 42. IV.).

III. *Auctoritas ergo humana pro criterio immediato dogmatum veræ Religionis nullo pacto ſervire poteſt, ne vulgo quidem hominum.*

IV. *Sicut ergo* (§. 41.) *ſenſum communem, ita nunc humanam auctoritatem a dignitate apti in præſente argumento criterii excludimus, quia neque de illius exiſtentia, neque de hujus conſenſione in præſente morum & doctrinæ perverſione generali ſatis conſtare poteſt.* V.

*multo facilius de auctoritate testis historici quam do¬ gmatici certitudo ut plurimum obtineri potest.*

§. 44.

OBSERVATIO DUPLEX. I. *Tanta omni tem¬ pore fuit varietas & contradictio opinionum* tum in¬ ter viros diversarum provinviarum, tum inter ejus¬ dem provonviae, atque adeo urbis ejusdem sa¬ pientes circa primarias Religionis regulas, quam poene diversa in iis organorum constructio.

IV. Hodiedum passim audiuntur hinc Atheorum *scommata*, Religionis originem ignorantiae, meti¬ culositati, & artibus politicis tribuentium (§. 40. not. 1. 2. 3.), *illinc Theistarum dubia* de DEI pro¬ videntia, libertate & immortalitate mentis huma¬ nae, de aeternitate suppliciorum &c.

§. 45.

*I. Inter auctoritatem tam contrariorum testium dogmaticorum; mon modica acuminis opinione pollen¬ tium, decidere plebs indoctorum nequit (§. 43.).*

*IV. Itaque nonnisi dubia fides in utramque par¬ tem. & animi incerta suspensio inde enasci potest* (§. 42. IV.).

*III. Auctoritas ergo humana pro criterio im¬ mediato dogmatum verae Religionis nullo pacto ser¬ vire potest, ne vulgo quidem hominum.*

*IV. Sicut ergo (§. 41.) sensum communem, ita nunc humanam auctoritatem a dignitate apti in praesente argumento criterii excludimus, quia neque de illius existentia, neque de hujus consensione in prae¬ sente morum & doctrina perversione generali satis constare potest.*

V. Quoniam porro doctiores paſſim dogmatum rationes ſufficientes inquirunt, & ex harum momento auctoritatem æſtimant, his *auctoritas mere humana multo minus pro ſufficiente dogmatum criterio ſufficiet.*

* Inde eſt, quod Theiſtæ, fidem *facti* a fide *dogmatis* non diſcernentes, cum auctoritatem mere humanam *in dogmatis* recte abnuant, id ipſum de *fide factorum* male adſtruant, & Apoſtolorum, atque Eccleſiæ auctoritatem contemnant, etſi illorum auctoritas *ob atteſtationem facti*, hujus vero *ob participationem auctoritatis divinæ*, omnem fidem mereantur. Ubi ſane occaſio eſt, eximiam THEISTARUM arrogantiam obſervandi. Etſi enim ipſi JESU Chriſti auctoritatem in recipiendis dogmatis reſpuant, quia eorum altitudo humanum acumen ſuperat: ſuam tamen auctoritatem univerſis hominibus, non Philoſophis, pro regula ſervire volunt in dogmatis Religionis naturalis credendis, licet hæc tam alte poſita ſint reſpectu acuminis vulgi, atque dogmata JESU Chriſti reſpectu acuminis Theiſtarum. Qua quidem in re Theiſtæ non ſunt meliores SECTARIIS, qui, poſtquam ipſi Eccleſiæ univerſalis auctoritatem conculcarunt, ſuam privatam auctoritatem indoctis pro regula obtrudunt; contra Catholici *in dogmatis* ſolam Chriſti & Eccleſiæ auctoritatem, ceu utramque divinam, *in factis* vero humana Apoſtolorum teſtium oculatorum teſtimonia recte admittunt.

## §. 46.

*Auctoritas tamen humana, ſi de veracitate conſtet, in factis ſenſibilibus pro ſufficiente criterio ſervit.* NOTITIA enim talium teſtium non poteſt ſuſpecta eſſe, cum & perceptio ſenſuum labore careat, & mediocri reflexione abſolvatur, ipſaque orga-

V. Quonmiam porro doctiores passim dogma¬
tum rationes sufficientes inquirunt,& ex harum
momento auctoritatem aestimant his *auctoritas me¬
re humana multo minus pro sufficiente dogmatum cri¬
terio sufficiet.*
* Inde est, quod Theistae, fidem *facti* a fide *do¬
gmatis* non discernentes, cum auctoritatem mere huma¬
nam *in dogmatis* recte abnuant, id ipsum de *fide facto¬
rum* male adstruant, & Apostolorum, atque Ecclesiae au¬
ctroritatem condemnant, etsi illorum auctoritas *ab atte¬
stationem facti,* hujus vero *ob participationem auctoritatis
divinae*, omem fidem mereantur. Ubi sane occasio est,
eximiam THEISTARUM arrogantiam observanti. Etsi
enim ipsi JESU Christi auctoritatem in recipiendis do¬
gmatis respuant, quia eorum altitudo humanum acumen
superat: suam tamen auctoritatem universis hominibus,
non Philosophis, pro regula servire volunt in dogmatis
Religionis naturalis credendis, licet haec tam alte posita
sint respectu acuminis vulgi, atque dogmata JESU Chri¬
sti respectu acuminis Theistarum. Qua quidem in re
Theistae non sunt meliores SECTARIIS, qui, postquam ip¬
si Ecclesiae unversalis auctoritatem conculcarunt, suam
privatam auctoritatem indoctis pro regula obtrudunt;
contra Catholici *in dogmatis* solam Christi de Ecclesiae
auctoritatem, ceu utramque divinam, *in factis* vero hu¬
mana Apostolorum tertium oculatorum testimonia recte
admittunt.

§.46.

*Auctroritas tamen humana, si de veracitate con¬
stet, in factis sensibilibus pro sufficiente critrio ser¬
vit.* NOTITIA enim talium testium von potest
suspecta esse, cum & perceptio sensuum labore ca¬
reat, & mediocri reflexione absolvatur, ipsaque

organa ſimili modo, in diverſis hominibus comparata ſint. Ergo ſi de *veracitate* conſtat, dantur omnes notæ ad auctoritatem teſtis requiſitæ, *notitia & veracitas* (§. 42. I. II.).

## ARTICULUS V.

### *An ad ſufficientem Religionis notitiam neceſſaria ſit aliqua revelatio divina?*

§. 47.

Ratio exiſtentiæ finis, *ſine qua finis obtineri non poteſt*, *medium* NECESSARIUM; *ſi eſt ratio unica ſufficiens*, ABSOLUTE NECESSARIUM, ſi præciſe inter vires creatas *nulla ratio exiſtentiæ* ab illa diſtincta exiſtat, PHYSICE NECESSARIUM, ſi in viribus creatis *alia* ratio ſufficiens ſuperſit, ſed tot impedimentis involuta, ut per eam obtentum iri finem rariſſime ſperari poſſit, MORALITER NECESSARIUM dicitur.

§. 48.

*Revelatio divina* (§. 31.) eſt notitia veritatis a DEO homini conceſſa, quin id fiat per vires vulgo in hominum poteſtate poſitas; ſi DEUS absque ſigno ſenſibili immediate agat in animam, *interna*, ſi per ſigna ſenſibilia, *externa* dicitur.

§. 49.

*Ad hoc, ut homines univerſe notitiam ſufficientem veræ Religionis* (§. 29.) *acquirant, in præſente rerum ſtatu moraliter neceſſaria eſt aliqua revelatio divina.* Inter ſex criteria quinque priora, quæ ad vires creatas intellectus humani pertinent, ſenſum externum (§. 32. I.), ſenſum intimum

(loc.

& necessitas alicujus circa eam revelat. div. 31 organa smili modo, in diversis hominibus com¬parata sint. Ergo si de *veracitate* constat, dantur omnes notae ad auctoritatem testis requistae, *no¬titia & veracitas* (§. 42. I. II.).

## ARTICULUS V.

*An ad sufficientem Religionis noitiam necessa¬ria sit aliqua revelatio divina?*

§. 47.

Ratio existentiae finis, *sine qua finis obtine¬ri non potest, medium* NECESSARIUM; *si est ratio unica sufficiens,* ABSOLUTE NECESSARIUM, si prae¬cise inter vires creatas *nulla ratio existentiae* ab il¬la distincta existat, PHYSICE NECESSARIUM, si in viribus creatis *alia* ratio sufficiens supersit, sed tot impedimentis involuta, ut per eam obtentum iri findem rarrissime sperari possit, MORALITER NE¬CESSARIUM dicitur.

§. 48.

*Revelatio divina* (§. 31.) est notitia verita¬tis a DEO homini concessa, quin id fiat per vi¬res vulgo in hominum potestate politas; si DEUS absque signo sensibili immediate agat in animam, *interna*, si per signa sensibilia; *externa* dicitur.

§. 49.

*Ad hoc, ut homines universe notitiam suffici¬entem verae Religionis (§. 29.) acquirant, in prae¬sente rerum statu moraliter necessaria est aliqua re¬velatio divina.* Inter sex criteria quinque priora, quae ad vires creatas intellectus humani pertinent, sensus externum (§. 32 ), sensum intimum

(loc. cit. II.) demonſtrationem (§. 36.), ſenſum communem (§. 41.), auctoritatem humanam (§. 45.) inſufficientia eſſe oſtendi. Ergo quoniam notitia Religionis debet eſſe moraliter certa (§. 29.), hæc autem certitudo (loc. cit.) per nulla alia criteria obtinetur, auctoritas divina, quæ eſt criterium (§. 31.) ab quinque prioribus *diſtinctum*, & unice *reliquum*, moraliter neceſſaria eſt.

*Aliter*: evidens eſt, aliquos homines fuiſſe primos; jam hi, ſeu ætate infantili ſeu virili creatos ponas, Religionis notitiam ſufficientem non acquiſierunt *demonſtratione*, cujus nonniſi acutiſſimi poſt artes omnes jam inventas & mille magiſteria excepta capaces ſunt, non *ſenſu communi*, qui conſenſum uniformem judiciorum per multa ſecula continuatum ſupponit, *non auctoritate humana*; ſunt enim primi homines, neque denique *ſenſu externo vel intimo*, qui illis nobiſcum communis fuit; *ergo opus fuit aliqua revelatione divina.*

* Sane dubitari poſſet, utrum primis hominibus ſine revelatione in mentem veniſſet, cogitare de veritatibus a ſenſu remotis. Sed demus, cogitaſſe; effectum huic cogitationi reſponſurum indicant infelices illi paſſus tum veterum tum recentiorum, qui ſine revelatione enormes errores ſomniant. Hic DEO providentiam, ille juſtitiam negat. Alius animæ libertatem tollit, ad materiam reducitur ab alio. Rurſus alii omnes honeſti regulas ad vitæ ſocialis cultum examinant, quidquid jura ſocialia aperte non lædit, putantes licitum. Siqui vero metam proximius feriunt, Evangelio abſtulerunt, quæ ſui ingenii partus eſſe oſtentant. Sed Theiſtarum argumenta neceſſitati revelationis oppoſita expendamus.

§. 50.

(loc. cit. II.) demomstrationem (§. 36.), sensum communem (§. 41.), auctoritatem humanam (.§ 45.) insufficientia esse ostendi. Ergo quoniam no¬ titia Keligiomis lebet alle moraliter certa (. 29.). haec autem certitudo (loc. cit.) per nulla alia cri¬ teria obtinetur, auctoritas divina, quae est crite¬ rium (§. 31.) ab quinque prioribus *distinctum*, & unice *reliquum*, moraliter necessaria est.
*Aliter*: evidens est, aliquos homines suisse primos; jam hi, seu aetate infantili seu virili creatos ponas, Religionis notitiam sufficientem non acquisierunt *demonstatione*, cujus nonnisi acu¬ tissimi post artes omnes jam inventas & mille ma¬ gisteria excepta capaces sunt, non *sensu communi,* qui consensum uniformem judiciorum per multa secula continuatum supponit, *non auctoritate huma¬ na*; sunt enim primi homines, neque denique sensu externo vel intimo, qui illis nobiscum com¬ *munis fuit; ergo opus fuit aliqua revelatione divina.*
* Sane dubitari posset, utrum primis hominibus isi. ne revelatione in mentem venisset, cogitare de veritati¬ bus a sensu remotis. Sed demus, cogitasse; effectum huic cogitationi responsurum indicant intelices illi passus tum veterum tum recentiorum, qui fine revelatione enor¬ mes errores somniant. Hic DEO providentiam, ille ju¬ stitiam negat. Alius animae libertatem tollit, ad mate¬ riam reducitur ab alio. Rursus alii omnes honesti re¬ gulas ad vitae socialis cultum examinant, quidquid ju¬ ra socialia aperte non laedit, putantes licitum. Siqui ve¬ ro metam proximius feriunt, Evangelio abstulerunt, quae fui ingenii partus esse ostentant. Sed Theistarum argu¬ menta necessitati revelationis opposita expendamus.

§. 50.

*Arguunt* 1.) *Præjudicium de neceſſitate revelationis fuit cauſſa omnium ſuperſtitionum;* 2.) *nec homines præconcepto hoc præjudicio factæ revelationis meliores facti ſunt. Reſpond. ad* 1. Non illud *præjudicium* fuit cauſſa ſuperſtitionum, ſed *ambitio* legislatorum. Hæc volens populos ſibi ſubjicere, cum *humanam* auctoritatem non ſufficere intellexit, ſuis legibus *divinam* adſcivit, præſertim cum plebs *demonſtrationis* incapax, & *ſenſus communis* incuria, ſpem faciebat non detegendi mendacii, ſi fraudes pro ritibus divinis venderentur a legislatoribus. Sed hæc ipſa plebis diſpoſitio neceſſitatem Religionis evincit magis, quam enervat. *Ad* 2.) *Reſpond.* De fabuloſis revelationibus id veriſſimum, ſed de chriſtiana revelatione falſiſſimum. Hæc enim totum mundum ab idololatria, ſuperſtitionibus &c. purgavit. Quodſi diſcrimen inter paganos & Chriſtianos nunc minus in oculos incurrit, certe incurrebat primis Eccleſiæ ſeculis. Vide Tertulliani Apologeticum cap. 46., & Orig. contra Celſum apud Fleurium Tom. II. L. VII. §. 18. *Si in luce revelationis non deſunt flagitia, liberi arbitrii abuſibus hoc tribuendum, & ſimul de magnitudine flagitiorum futura ſtatuendum, ſi motiva potentiſſima religionis revelatæ abeſſent.*

§. 51.

*Arguunt* 3.) *Ut ſenſus communis, ita & revelatio eſt ineptum criterium, quia huic æque ac illi pœne par numerus hominum doctrina & factis adverſatur. Sed nego paritatem.* Nam 1.) Senſûs communis & exiſtentia & auctoritas æque indoctis dubia eſt; at revelationis auctoritas, modo de exiſtentia conſtet, dubia eſſe nemini poteſt. 2.) Si



Bischöfl. Zentral-Bibliothek Regensburg

§. 50

*Argunt 1.) Praejudicium de nevessitate revela¬
tionis fuit caussa omnium superstitionum; 2.) nec
homines praeconcepto hoc praejudicio factae revelatio¬
nis meliores facti sunt. Respond. ad 1.* Non illud
*praejudicium* fuit caussa superstitionum, sed *ambi¬
tio* legislatorum. Haec volens populos sibi subji¬
cere, cum *humanam* auctoritatem non sufficere in¬
tellexit, fuis legibus *divinam* adscivit, praesertim
cum plebs *demonstrationis* incapax. & *sensus com¬*
munis incuria, spem faciebat non detegendi men¬
dacii, si fraudes pro ritibus divinis venderentur a
legislatoribus. Sed haec ipsa plebis dispositio ne¬
cessitatem Religionis evincit magis, quam ener¬
vat. *Ad 2.) Respond.* De fabulosis revelatio¬
nibus id verissimum, sed de christiana revelatio¬
ne falsissimum. Haec enim totum mundum ab
idololatria, superstitionibus &c. purgavit. Quod¬
si discrimen inter paganos & Christianos nunc mi¬
aus in oclos inurrit, erste incurrebeat primis Ec¬
lesiae seculis. Vide Tertulliani Apologeticum cap.
46., & Orig. contra Celsum apud Flerium Tom.
II. L. VII. §. 18. *Si in luce revelationis non de¬
sunt flagitia, liberi arbitrii abusibus hoc tribuendum
& simul de magnitudine flagitiorum satura statuen¬
dum, si motiva potentissima religions revelatae ab¬
essent.*

§. 51.

*Arguunt 3.) Ut sensus commumnis; ita & re¬
velatio est ineptum criterium, quia huic aeque ac illi
poene par numerus hominum doctrina & factis adver¬
satur. Sed nego paritatem*. Nam 1.) Sensus com¬
munis & existentia & auctoritas aeque indoctis
dubia est; at revelationis auctoritas, modo de
existentia constet, dubia esse nemini potest. 2.) Si

revelationis exiſtentia, quæ tota *factis ſingularibus* conſtat, per teſtes authenticos ſemel eſt comprobata, ſola negantium repugnantia, dubia fieri nequit, niſi teſtium ipſorummet auctoritas infringatur. At quoniam omnes homines, uti ſenſus communis participes, ita & illius teſtes ſunt, totidem teſtes ſcelus nanciſcitur, quot publice contradicunt ſenſui communi. 3.) Vox ſenſus communis opprimi flagitiis, vox DEI revelantis non poteſt, teſte ipſo D. Rouſſeau in Emilio pag. 69. edit. Amſtel. 1764. 4.) Deinde ſenſus communis, etſi morum contradicentium vi debilitetur, tamen revelationis accedente certitudine multo plus roboratur. 5.) Teſtimonium ſenſus communis confuſum, obſcurum, revelationis vero clarum, ſenſibile. 6.) Senſus communis ſolum confuſam dogmatis rationem, revelatio inſuper gratias ſupernaturales, ceu comites, adfert, quæ aſſenſum & faciliorem & firmiorem reddunt.

## §. 52.

*Arguunt* 4.) Ut revelatio divina cognoſci poſſit, jam prærequiritur notitia Religionis naturalis. Niſi enim cognoſco exiſtentiam DEI, hujus ſapientiam, & veracitatem, DEO revelanti credere nequeo; niſi porro cognoſco eum verum eſſe Dominum, mali vindicem, juſtum & potentem, non teneor ſubjicere intellectum revelationi. Ergo nulla revelationis neceſſitas. *Reſpond.* Ut revelatio locum habeat, non debet eſſe nota Religio naturalis TOTA, ſed illa ſolum principia, quibus auctoritas revelationis innititur. Exiſtentia, ſapientia, veracitas, dominium DEI prius quidem noſci debent. Sed plena arbitrii libertas, legislatricis & vindicativæ juſtitiæ divinæ efficacia, offi-

cio-

[illegible library stamp]

revelationis existentia, quae tota factis *singulari¬ bus* constat, per testes authenticos semel est com¬ probata, sola negantium repugnantia, dubia fieri nequit, nisi testium ipsorummet auctoritas infrin¬ gatur. At quoniam omnes homines, uti sensus communis participes, ita & illius testes sunt to¬ tidem testes scelus nanciscitur, quot publice con¬ tradicunt sensui communi. 3.) Vox sensus com¬ munis opprimi flagitiis, vox DEI revelantis non potest, teste ipso D. Rousseau in Emilio pag. 69. edit. Amstel. 1764. 4.) Deinde sensus commu¬ nis, etsi morum contradicentium vi debilitetur tamen revelationis accedente certitudine multo plus roboratur. 5.) Testimonium sensus commu¬ nis confusum, obscurum, revelationis vero clarum, sensibile. 6.) Senus communis solum confusam dogmatis rationem, revelatio insuper gratias su¬ pernaturales, ceu comites, adsert, quae assensum & faciliorem & firmiorem reddunt.

§. 52.

*Aguunt* 4.) Ut revelatio divina cognosci pos¬ sit, jam paerequitur notitia Religionis natura¬ lis. Nisienim cognosco existentiam DEI, hujus sapientiam, & veracitatem, DEO revelanti cre¬ dere nequeo; nisi porro cognoso eum verum esse Dominum, mali vindicem, justum potentem, non teneor subjicere intellectum revelationi. Er¬ go nulla revelationis necessitas. *Respond.* Ut re¬ velatio locum habeat, non debet esse nota Reli¬ gio naturalis TOTA, sed illa solum principia. qui¬ bus auctoritas revelationis innititur. Existentia, sapientia, veracitas, dominium DEI prius quidem nosci debent. Sel plena arbitrii libertas, legis¬ latricis C vindicativae justitiae divinae efficacia, offi¬

ciorum ſubſtantia & perfectio &c. primum ex revelatione perfectius addiſcuntur.

§. 53.

*Arguunt* 5.) Poſſet DEUS abſolute contentus eſſe, ut quisque ſibi ſerviat ſecundum naturalem notitiam. Et 6.) Potuit DEUS ob malum commune, uti Chriſtiani ajunt, eſſe peccatum originale, homines deſtituere revelationis auxilio. *Sed reſp. ad* 1.) Non jam quæritur, quid DEUS *poſſit*, quid non poſſit; ſed quid homini exoptabile & *neceſſarium.* Atqui ad conſequendum finem ultimum eſt neceſſaria notitia Religionis moraliter certa (§. 29.); moralis autem certitudo *univerſe* nonniſi revelatione obtineri poteſt (§. 49.). *Ad* 2. *ajo*: peſſima foret hæc illatio: potuit revelatio a DEO negari, ergo neceſſaria non eſt. *Dein* unde ſcis malum univerſale ab hominibus contractum eſſe. An ex revelatione? atqui hæc etiam docet, id a DEO remiſſum eſſe. Non credis revelationem? cur ergo culpam ſomnias, nonniſi ex revelatione diſcendam?

§. 54.

Ergo, ajunt, DEBITA a DEO hominibus ſingulis & univerſis erit revelatio actualis, nec jam erit beneficium DEI, ſed homini JUS in illam competet. Tenetur enim DEUS conferre omnia media ad finem ultimum neceſſaria: *ſed nego* probari poſſe, quod ulli *ſingillatim* revelatio *in actu ſecundo* a DEO *abſolute* DEBEATUR. Id quod per plura capita oſtenſum eo. Itaque

1.) *DEUS, ſicut nec creare ullum hominem, ſic nec Religionis ullam notitiam conferre abſolute tene-*

ciorum substantia & perfectio &c. primum ex re¬
velatione perfectius addiscuntur.

§. 53.

*Arguunt* 5.) Posset DEUS absolute conten¬
tus esse, ut quisque sibi serviat secundum natu¬
ralem notitiam. Et 6.) Potuit DEUS ob malum
commune, uti Christiani ajunt, esse peccatum
originale, homines destituere revelationis auxilio.
*Sed resp. ad.* 1.) Non jam quaeritur, quid DEUS
*possit,* quid non possit; sed quid homini exoptabi¬
*le & necessarium.* Atqui ad consequendum findem
ultimum est necessaria notitia Religionis morali¬
ter certa (§. 29.); moralis autem certitudo *uni¬
verse* nonnisi revelatione obtineri potest (§. 49.).
*Ad 2. ajo*: pessima foret haec illatio: potuit re¬
velatdio a DEO negari, ergo necessaria non est.
*Dein* unde scis malum universale ab hominibus
contractum esse. An ex revelatione? atqui haec
etiam docet, id a DEO remissum esse. Non cre¬
dis revelationem? cur ergo culpam somnias, non¬
nisi ex revelatione discendam?

§. 54.

Ergo, ajunt, DEBITA a DEO hominibus fin¬
gulis & unversis erit revelatio actualis, nec jam
erit beneficium DEI, sed homini JUS in illam com¬
petet. Tenetur enim DEUS conferre omnia me¬
dia ad findem ultimum necessaria: *sed nego* pro¬
bari posse, quod ulli *singillatim* revelatio *in actu*
secundo a DEO *absolute* DEBEATUR. Id quod per
plura capita ostendum eo. ltaque

1) *DEUS, sicut nec creare ullum hominem.*
*sic nec Religionis ullam notitiam conferre absolute*

*tenebatur.* DEUS enim abſoluto dominio libero in res omnes creatas pollet.

2.) *Sicut ergo creatio in omni ſenſu eſt beneficium DEI indebitum, ita & omnis communicatio ſufficientis notitiæ Religionis.*

3.) *Poſita mundi creatione DEUS aliquot ſaltem hominibus tenebatur largiri ſufficientem Religionis notitiam.* DEUS enim creationi ſuæ finem ultimum præfixit ſummam creaturarum beatitudinem ſua cum gloria conjunctam (§. 24.). Atqui finis non poteſt intendi cum efficacia ſine mediis abſolute neceſſariis, quale eſt ſufficiens notitia Religionis (§. 28.).

4.) *Non tamen idcirco DEUS, etiam vi infinitæ bonitatis reſpectivæ, neceſſitatur ad ſufficientem Religionis notitiam omnibus & ſingulis in ipſo actu ſecundo conferendam.* Ex una enim parte finem ultimum (§. præced.) jam conſequitur, modo eam tribuat multis, quos libertate ſua bene uſuros prævidet: ex altera infinitæ ſapientiæ competere poſſunt rationes graviſſimæ, illam notitiam in actu ſecundo aliis non concedendi, vel quod abuſum ipſius revelationis prævideat, vel quod abuſu luminis naturæ ad revelationem ſe non præparent, vel quod ſalus maxima electorum hanc in DEO amabilem permiſſionem exigat.

* Hanc ipſam difficultatem primus neceſſitati revelationis objecit Porphyrius, quem cum ſuis ſequacibus S. Auguſtinus (Epiſt. 111. alias 49. quæſt. 11.) egregie refutat. Eandem velut de novo exaggerans, ſuam in chriſtianorum Doctorum Libris inopiam fatetur D. Jacque Rouſſeau (Tom. III. pag. 78. Emil. edit. Amſtelod. 1754.) dicens; *Si una ſit Religio aliqua, quam DEUS homini-*

*bus*

*tenebatur.* DEUS enim absoluto dominio libero in res omnes creatas pollet.

*2) Sicut ergo creatio in omni sensu est beneficium DEI indebitum, ita & omnis communicatio sufficientis notitiae Religionis.*

*3.) Posita mundi creatione DEUS aliquot salten hominibus tenebatur largiri sufficientem Religionis notitiam.* DEUS enim creatoni suae finem ultimum praefixit summam creanturarum beatitudinem sua cum gloria conjunctam (§. 24.). Atqui finis non potest intendi cum efficacia fine mediis absolute necessariis, quale est sufficiens notitia Religionis (§. 28.).

*4.) Non tamen idirco DEUS, etiam vi infinitae bonitatis respectivae, necessitatur ad sufficientem Religionis notitiam omnibus & singulis in ipso actu secundo conferendam.* Ex una enim parte finem ultimum (§. praecd.) jam consequitur, modo eam tribuat multis, quos libertate sua bene usuros praevidet: ex altera infinitiae sapientiae competere possunt rationes gravissimae, illam notitiam in actu secundo aliis non concedendi, vel quod abusum ipsius revelationis praevideat, vel quod abusum luminis naturae ad revelationem se non praeparent, vel quod salus maxima electorum hanc in DEO amabilem permissionem exigat.

* Hanc ipsam difficultatem primus necessitati revelationis objecit Porpyrius, quem cum suis sequacibus S. Augustinus (Epist. 111. alias 49. quaest. 11.) egregie refutat. Eandem velut de novo exaggerans, suam in christianorum Doktorum Libris inopiam fatetur .D Jacque Rousseau (Tom. III. pag. 78. Emil. edit. Amstelod. 1754.) dicens; *Si una sit Religio aliqua, quam DEUS homini¬*

*bus præſcribat, ſique puniat, qui eidem refragantur: opus eſſe, ut eidem indiderit ſigna certa & manifeſta, quibus ceu unice vera diſtingui & dignoſci queat; eaque ſigna oportere eſſe omnium temporum, & omnium locorum, æque ſenſibilia omnibus hominibus: magnis & parvis; ſapientibus & idiotis, Europæis, Indis, Africanis, barbaris. Si Religio daretur aliqua in orbe, extra quam non eſſet æternæ pœnæ ſubterfugiendæ ulla ſpes, ſimulque vel unum rectæ mentis hominem in quocunque orbis loco reperire eſſet, qui ejus Religionis evidentia non perſtringeretur, DEUS, auctor ejusmodi Religionis, foret tyrannorum omnium iniquiſſimus juxta ac crudeliſſimus.* Huic verborum adparatui unicam hanc quæſtionem oppono, utrum Religio naturalis, quæ juxta D. Rouſſeau ſola eſt *ſufficiens* ſimul & *neceſſaria*, tam manifeſtis inſignitur characteribus, ut toto lumine ſingulis ſeſe conſpicuam offerat? quomodo perpetuo amentibus, & infantibus Religio naturalis ſine præjudicio divinæ bonitatis deficere poteſt? Porro ſi DEUS ſapientiſſimus hoc medium beatitudinis UNICE *neceſſarium* ſubtrahere creaturis ex rationibus ſapientiæ ſuæ maxime congruis poteſt, quid ni & revelationem ceu medium univerſe MORALITER *neceſſarium*? Denique ſicut D. Rouſſeau pœnæ æternæ ſubterfugiendæ ſpem iis adimit, qui Religionis naturalis notitia per lumen naturæ ex ſua culpa caruere: ita & revelatio nonniſi eos poſitivæ pœnæ reos judicat, qui cum vincibili Religionis revelatæ ignorantia vita excedunt, non vero eos ſtatim ad æterna ablegat ſupplicia, qui ob ſolam negativam ignorantiam culpæ expertem, Chriſti ſignis ſe non adjunxerunt. Quodſi quis ad lumen revelationis diſponere ſe certis conditionibus a divina bonitate præſcriptis negligat, profecto nullus benevolentiæ infinitæ defectus, ſed humanæ libertatis abuſus exinde cenſeri debet. Unde temere D. Rouſſeau (loc. cit. pag. 71.) ab orandi neceſſitate ſe excuſat, quæ eſt maxime congrua conditio, revelationis beneficiis ſe dignum reddendi.

*& ncessitas alicujus circa eam revelat. div. 37*
*bus praescribat, sique puniat, qui eidem refragantur: opus esse, ut eidem indiderit signa certa & manifesta, quibus ceu unice vera distingui &dignosci queat; eaque signa oportere esse omnium temporum, & omnium locorum, aeque sensibilia omnibus hominibus: magnis & parvis; sapienti¬bus & idiotis, Europaeis, lndis, Africanis, barbaris. Si Religio daretur aliqua in orbe, extra quam non esset aeter¬nae poenae subterfugiendae ulla spes, simulque vel unum re¬ctae mentis hominem in quocunque orbis loco reperire esset, qui ejus Religionis evidentia non perstringeretur, DEUS, auctor ejusmodi Religionis, foret tyrannorum omnium ini¬*quissimus juxta ac crudelissimus. Huic verborum adap¬ratui unicam hanc quaestionem oppono, utrum Religio naturalis, quae juxta D. Rosseau sola est sufficiens simul & necssaria, tam manifestis insignitur characteribus, ut toto lumine singulis sese conscpicum offerat? quomodo perpetuo amentibus, & infantibus Religio naturalis sine praejudicio divinae bonitatis deficere potest? Porro si DEUS sapientissimus hoc medium beatitudinis UNICE *ne¬cessarium* subtrahere creaturis ex rationibus sapientiae suae maxime congeruis potest, quid ni & revelationem ceu me¬dium universe MORALITER *necessarium*? Denique ficut D. Rousseau poenae aeternae subterfugiendae spem iis adi¬mit, qui Religionis naturalis notitia per lumen naturae ex sua culpa caruere: ita & revelatio nonnisi eos positi¬vae poenae reos judicat, qui cum vincibili Religionis re¬velatae ignorantia vita excedunt, non vero eos statim ad tern ablegat supplioia, gut ob solam negativam igno¬rantiam culpae expertem, Christi signis se non adjunxe¬runt. Quodsi quis ad lumen revelationis disponere se certis conditionibus a divina bonitate praescriptis negli¬gat, profecto nullus benevolentiae infinitae defectus, sed humanae libertatis abusus exinde censeri debet. Unde te¬mere D. Rousseau (loc. cit. pag. 71.) ab orandi necessi¬tate se excusat, quae est maxime congrua conditio, re¬velationis beneficiis se dignum reddendi.

## §. 55.

*Etſi in præſente rationis naturalis obſcuritate, & publica morum ac dogmatum corruptione ſenſus naturæ communis citra revelationem pro Religionis naturalis criterio univerſe non ſufficiat* (§. 41.), *tamen in alio humanæ vitæ ſtatu ſufficere poſſet.* Inſufficientia enim iſta ab invaleſcente morum & dogmatum repugnantia oritur. Atqui hanc DEUS in feliciore vitæ humanæ ſtatu potuiſſet utique impedire. 2.) *Idem in præſente vitæ ſtatu poteſt eſſe ſufficiens* CRITERIUM *ad faciliora* DOGMATA *Religionis naturalis ſaltem ſub magna probabilitate agnoſcenda, & ſufficiens* MOTIVUM *ad ponendas* DISPOSITIONES, *queis ad lumen revelationis animus præparatur.* Etſi enim certitudo ſenſus communis elidatur contrariis doctrinæ & morum exemplis, tamen complurium ſapientum exempla eam menti probabilitatem poſſunt ingerere, quæ DEI ſalutarem timorem excitare, & ad majus lumen ſine intermiſſione flagitandum impellere ſatis potenter valeat.

## §. 56.

I. *DEUS debuit aut generalem morum & doctrinæ corruptionem peculiari providentia impedire, aut revelationis medium ſaltem reſpectu multorum adplicare.*

II. *Revelationis beneficium DEUS cuivis lumine naturali inſtar diſpoſitionis rite utenti, non quidem ullo meriti humani debito, ſed benevolentiæ ſuæ vi certiſſime conferet.*

III. *Poteſt DEUS, pro ſuo dominio ad ſapientiæ & ſanctitatis regulas exacto, ab homine rationis compote exigere, ut ſe ad revelationem diſponat,*

§. 55.

*Etsi in prasente rationis naturalis obscuritate, & publica morum ac dogmatum corruptione sensus naturae communis citra revelationem pro Religionis naturalis criterio universe non sufficiat (§. 41), ta¬ men in alio humanae vitae statu sufficere posset.* In¬ sufficienta enim ista ab invalescente morum & do¬ gmatum repugnantia oritur. Atqui hanc DEUS in feliciore vitae humanae stati potuisset utique impedire. 2.) *Idem in praesente vitae statu potest esse sufficiens CRITERIUM ad faciliora DOGMATA Re¬ ligionis naturalis faltem sub magna probabilitate agno¬* scenda. & sufficiens MOTIVUM ad ponendas DISPOSI¬ *TIONES, queis ad lumen revelationis animus praepa¬ ratur.* Esti enim certitudo sensus communis eli¬ datur contrariis doctrinae & morum exemplis, ta¬ men complurium sapientum exempla eam menti probabilitatem possunt ingerere,quae DEI salu¬ tarem timorem excitare, & ad majus lumen si¬ ne intermissione stagitandum impellere statis poten¬ ter valeat.

§. 56.

*I. DEUS debuit aut generalem morum & do¬ ctrinae corruptionem peculiari providentia impedire, aut revelationis medium faltem respectu multorum adplicare.*

*II. Revelationis benedicium DEUS cuivis lu¬ mine naturali instar dispositionis rite utenti, non quidem ullo meriti humani debito, sed benevolentiae suae vi certissime conferet.*

*II. Potest DEUS, pro suo dominio ad sa¬ pientia & sanctitatis regulas exacto, ab homine ra¬ tioni compote exigere, ut se ad revelationem dispo¬*

*nat, obſequendo ſenſui naturæ in peculiaribus adjunctis, maxime circa diligentiam in veram Religionem inquirendi, ea præſertim ætate, qua ſenſus ille reſpectu cujusque ſingillatim publicis pravæ doctrinæ morumque exemplis nondum eſt corruptus.*

IV. *Quoniam revelatio eſt* NECESSARIUM EXTREMÆ *imbecillitatis in re* GRAVISSIMA *ſubſidium, ſummæ temeritatis & ſuperbiæ eſt oblatum revelationis beneficium reſpuere.*

V. Cum MEDII neceſſarii inquiſitio ſine contemtu FINIS negligi nequit, *is, cui probabili ſolum argumento de revelationis exiſtentia conſtat, in eam ulterius inquirere tenebitur.*

VI. *Si conſtat de revelatione, æque eam revereri oportet, ſeu immediate ſeu mediate ad nos dirigatur.* Beneficium enim gratitudinem, & lex obſequium exigit, ſeu illud immediate ſeu mediate conferatur, hæc vero quomodocunque promulgetur.

* *Criſis argumentorum vulgarium, quibus revelationis neceſſitatem communius evincere laborant, ſed minus felici ſucceſſu;* nam 1.) *Argumentum* vulgare, quo ex neceſſitate cultus externi DEO exhibendi neceſſitas revelationis infertur, certe ſolidum non eſt. Suprema enim cultus externi ratio ſacrificiis abſolvitur. Atqui ad hæc revelatione abſolute opus eſſe non videtur. Sic Abel DEO placuit, diſplicuit Cain, quia ille optima, hic deteriora obtulerit, quin DEUS ſacrificii modum ipſius aut præſcripſerit, aut vetarit. Idem Doctor Angelicus & Suarius ſentit Tom. III. in 3. p. d. 73. ſ. 8. Ceterum maxime cavendum, ne infirmis contra Theiſtas argumentis pugnemus; ex quorum debilitate totius Religionis cauſſa illis ſuſpecta redditur. Unde tenuis Religio-

*& necessitas alicujus circa eam revelat. div. 39 nat, obsequendo sensui naturae in peculiaribus adjun¬ ctis, maxime circa diligentiam in veram Religionem inquirendi, ea praesertim aetate, qua sensus ille respe¬ ctu cujusque singillatim publicis pravae doctrinae mo¬ rumque exemplis nondum est corruptus.*

*IV. Quoniam revelatio est NECESSARIUM EX¬ TREMAE imbecillitatis in re GRAVISSIMA subsidium, summae temeritatis & superbiae est oblatum revelatio¬ nis beneficium respuere.*

VI. Cum MEDII necessarii inquisitio fine con¬ temtu FINIS negligi nequit, *is, cui probabili so¬ lum argumento de revelationis existentia constat, in eam ulterius inquirere tenebitur.*

*VI. Si constat de revelatione, aeque eam reve¬ reri oportet, seu immediate seu mediate ad nos di¬* rigatur. Benedicium enim gratitudinem, & lex obsequium exigit, seu illud immediate seu media¬ te conferatur, haec vero quomodocunque promul¬ getur.

** Crisis argumentorum vulgarium, quibus revelatio¬ nis necessitatem communis evincere laborant, sed minus felici successu*, nam 1.) *Argumentum* vulgare, quo ex necessitate cultus externi DEO exhibendi necessitas re¬ velationis infertur, certe solidum non est. Suprema enim cultus externi ratio sacrificiis absolvitur. Atqui ad haec revelatione absolute opus esse non videtur. Sic Abel DEO placuit, displicuit Cain, quia ille optima, hic de¬ teriora obtulerit, quin DEUS sacrificii modum ipsius aut praescripserit, aut vetarit. Idem Doctor Angelicus & Suarius senit Tom. III. in 3. p. d. 73. f. 8. Cete¬ rum maxime cavendum, ne infirmis contra Theistas ar¬ gumentis pugnemus; ex quorum debilitate totius Reli¬ gionis caussa illis suspecta redditur. Unde tenuis Reli¬

gionis chriſtianæ defenſio Religioni majus præjudicium quam acutiſſima Theiſtarum impugnatio creat. Certe D. Rouſſeau in Emilio ſuo (pag. 75.) ſupponit, hoc uno argumento Religionis neceſſitatem probari, quod falſum eſſe, hactenus dicta ſatis evincunt.

2.) *Nec illud argumentum placet*, quod poſt Blaſium Paſcalem (in opere poſthumo, Penſées de M. Paſcal inſcripto &c.), Antonius Genuenſis in Elem. Metaphyſ. Tom. III pag. 323. edit. Neapol. 1751. repetit ex ſtatu naturæ humanæ corrupto, qui & *crimen pro origine*, & *remedium* habere debet. Nam neutrum aliter niſi ex revelatione diſcimus.

3.) *Illa tamen probatio* non ſane diſplicet, quæ petitur ex ignorantia veniæ obtinendæ, ſi peccatum contraxiſſemus. Certe hoc dubium novorum peccatorum origo & anxietatis inextricabilis cauſſa foret. Neque illud recordatio infinitæ DEI clementiæ facile diſpellet; quippe cujus *exercitium* non totum a ſolo libero DEI arbitrio dependere, etſi *facultas* miſerendi ſit infinita, pauciſſimi ex ratione intelligerent.

CAPUT

gionis christianae defensio Religioni majus praejudicium quam auctissima Theistarum impugnatio creat. Certe D. Rousseau in Emilio suo (pag. 75.) supponit, hoc uno argumento Religionis necessitatem probari, quod falsum esse, hactenus dicta satis evincunt.

2) *Nec illud argumentum placet,* quod post Blasium Pascalem (in opere posthumo, Pensées de M. Pascal inscripto &c.), Antonius Genuensis in Elem. Metaphy. Tom. III. pag. 323. edit. Neapol. 1751. repetit ex statu naturae humanae corrupto, qui & *crimen pro origine,* & *remedium* habere debet. Nam neutrum aliter nisi ex revelatione discimus.

2.) *Illa tamen probatio* non sane displicet, quae petitur ex ignorantia veniae obtinendae, si peccatum contraxissemus. Certe hoc dubium novorum peccatorum origo anxietatis inexricalibus caussa foret. Neque illud recordatio indinitae DEI elementiae facile dispellet; quippe cujus *exercitium* on totum a solo libero DEI arbitrio dependere, etsi *facultas* miserendi sit infinita, paucissimi ex ratione intelligerent.

# CAPUT III.

## POSSIBILITAS ALICUJUS RELIGIONIS SUPERNATURALIS IN GENERE ET REVELATIONIS DIVINÆ DEMONSTRATUR.

### §. 57.

*Religio naturalis tantum* dicitur ea pars ſummæ regularum, Religionem componentium (*§.* 24.), cujus & notitia obtineri & executio fieri ita per ſolas naturæ humanæ creatas vires poteſt, ut beatitudo, eidem naturæ hominis conveniens, demum obtineatur; cujus vero notitia obtineri & executio fieri nonniſi per vires natura altiores poteſt, ipſa tamen notitia & executio ad beatitudinem longe excellentiorem perducit, *ſupernaturalis* vocatur.

### §. 58.

*Si placuit DEO Religionem naturalem revelare, ipſius in arbitrio erat, eam aut ſine aut cum demonſtratione veritatum revelare.* Nam inprimis revelare *potuit ſine demonſtratione*; ſola enim DEI atteſtatio ſatis auctoritatis habet ad aſſenſum fidei obtinendum. *Potuit cum demonſtratione*; Demonſtrationes enim veritatum ad Religionem naturalem pertinentium ſæpe ſolius luminis naturalis acumine inventæ ſunt.

### §. 59.

*Si DEUS voluit Religionem naturalem univerſos homines vulgo revelatione docere, citra demon-*

# CAPUT
# POSSIBILITAS ALICUJUS RELIGIO¬ NIS SUPERNATURALIS IN GENERE ET REVELATIONIS DIVINAE DE¬ MONSTRATUR.

§. 57.

R*eligio naturalis tantum* dicitur da pars summae regularum, Religionem componentium (§. 24.), cujus & notitia obtineri & executio fieri ita per solas naturae humanae creatas vires potest, ut bea¬ titudo, eidem naturae hominis conveniens, de¬ mum obtineatur; cujus vero notitia obtineri & exe¬ cutio fieri nonnisi per vires natura altiores potest, ipsa tamen notitia & executio ad beatitutinem longe excellentiorem perducit, *supernaturalis* vo¬ catur.

§. 58.

*Si placuit DEO Religionem naturalem reve¬ lare, ipsius in arbitrio erat, eam aut sine aut cum demonstratione veritatum revelare.* Nam inprimis re¬ velare potuit sine demonstratione; sola enim DEI at¬ testatio statis auctoritatis habet ad assensum fidei obtinendum. *Potuit cum demonstratione;* Demon¬ strationes enim veritatum ad Religionem naturalem pertinentium saepe solius luminis naturalis acumi¬ ne inventae sunt.

§. 59.

*Si DEUS voluit Religionem naturalem uni¬ versos homines vulgo revelatione docere, citra demon¬*

*ſtrationem id eum facere convenit, niſi multiplicare miracula nimium quantum voluerit.* Absque miraculis enim homines, pro ſua conditione ut plurimum demonſtrationis incapaces, æque parum ab ore DEI; quam ab hodiernis Philoſophis demonſtrationum vim eſſent percepturi. Etſi porro ex revelatione demonſtrationum majus beneficium acutioribus ingeniis acceſſiſſet, non tamen decebat rudibus majora quam acutioribus onera imponere, illos quidem obligando ad intellectum ſuum ſoli auctoritati divinæ ſubjiciendum, hos vero obligatione iſta penitus exſolvendo, præſertim cum ſic callidioribus occaſio daretur indoctos deſpiciendi. *Contra æquale omnibus officium imponere, divinam benevolentiam; omnis partialitatis expertem, maxime decebat.*

* Atqui, inquies, ſic nec decebat DEUM, capacius uni quam alteri ingenium dare; *ſed nego*, quod ſupponis, magnis ingeniis ſemper minus difficilem Religionis notitiam eſſe. Facile enim in ænigmata difficultatum incidunt, quarum rudibus ne cogitatio quidem occurrit. His enim ſenſus communis interdum æque certitudine ſua, atque illis demonſtratio evidentia ſua ſatisfacit.

## §. 60.

*Si DEUS Religionis naturalis dogmata ſic revelaſſet, ut de revelatione certo ſatis conſtaret, DEO revelanti tam vulgus, quam acutiſſimi Philoſophi æque credere deberent: etſi demonſtrationem eorum nec revelaſſet, nec vulgus hominum capere poſſet.* DEUM enim nec falli, nec fallere poſſe, eſt evidentiſſima veritas. Ex altera vero parte cuique ex vulgo compertum eſt, ſe plurima in re-

*strationem id eum facere convenit; nisi multiplicare miracula nimium quantum voluerit.* Absque mira¬ culis enim homines, pro sua conditione ut pluri¬ mum demomstrationis incapaces, aeque parum ab ore DEI; quam ab hodiernis Philosophis demon¬ strationum vim essent percepturi. Etsi porro ex revelatione demonstrationum majus beneficium acu¬ tioribus ingeniis accessisset, non tamen decebat ru¬ dibus majora quam acutioribus onera imponere, illos quidem obligando ad intellektum suum soli auctoritati divinae subjiciendum, hos vero obliga¬ tione ista penitus exsolvendo, praesertim cum sic callidioribus occasio daretur indoctos despiciendi. *Contra aequale omnibus offcium imponere, divinam benevolentiam; omnis partialitatis expertem, maxi¬ me decebat.*

* Atqui, inquies, sic nec decebat DEUM, capa¬ cius uni quam alteri ingenium dare; *sed nego*, quod supponis, magnis ingeniis semper minus difficilem Reli¬ gionis notitiam esse. Facile enim in aenigmata difficul¬ tatum incidunt, quarum rudibus ne cogitatio quidem oc¬ currit. His enim sensus communis interdum aeque cer¬ titudine sua, atque illis demonstratio evidentia sua sa¬ tisfacit.

§. 60.

*Si DEUS Religionis naturalis dogmata sic revelasset, ut de revelatione certo satis constaret, DEO revelanti tam vulgus, quam acutissimi Philo¬ sophie aeque credere deberent: etsi demonstrationem eo¬ rum nec revelasset, nec vulgus hominum capere pos¬ set.* DEUM enim nec falli, nec fallere posse, est evidentissima veritas. Ex altera vero parte cui¬ que ex vulgo compertum est, se plurima in re¬.

bus obviis, etſi certiſſima ſint, capere non poſſe. Ergo.

## §. 61.

*Itaque, ut doctiſſimus quisque ſit, DEO tamen utcunque ardua dogmata revelanti credere tenetur, etſi nihil illorum dogmatum comprehendat, modo de ipſa revelatione ſatis conſtet.* Eſt enim eadem in DEO etiam reſpectu Philoſophi & ſcientia & veracitas, ſimulque Philoſophus veritatum quam plurimarum non minus, quam rude vulgus ignarum ſe fateri debet.

* Alteram ex his duabus rationibus clarius oſtendere adgredior, quo hæc fortium ſpirituum imbecillitas ſe ipſam manifeſtius prodat. Itaque

## §. 62.

*Dantur* I. *veritates neceſſariæ de DEO, a nullo homine ſolis naturæ viribus demonſtrabiles.* Ideam enim de DEO dum mens humana ſibi efformat, ex intuitu entium finitorum perfectiones componit, & limites, ceu imperfectiones, abſtrahit. Atqui nemo omnes perfectiones entium finitorum, multo minus rerum ſingularum limites novit. Nam defectus non cognoſci poſſunt niſi per realitates oppoſitas, jam vero hæ, ceu limitibus excluſæ, enti nec inſunt, nec cognoſci poſſunt; *non a priori ex idea DEI*, quæ nonniſi cumulum realitatum confuſe exhibet; *non a poſteriori ex entibus creatis*, quibus nullum reale veſtigium ineſt earum perfectionum, quibus carent. Ideam ergo de DEO ſumme eſſe incompletam neceſſe eſt, ita, ut illi plurimæ perfectiones inſint, quas, ſicut nunquam agnoſcere, ita *nunquam demonſtrare* nobis integrum eſt. Sunt autem omnes perfectiones

in

bus obviis, etsi certissima sint, capere non posse. Ergo.

§. 61.

*Itaque, ut doctissimus quisquis sit, DEO tamen utcunque ardua dogmata revelanti credere tenetur. etsi nihil illorum dogmatum comprehendat; modo de ipsa revelatione satis constet.* Est enim eadem in DEO etiam respectu Philosophi & scientia & ve¬racitas, simulque Philosophus veritatum quam plu¬rimarum non minus, quam rude vulgus ignarum se fateri debet.

*Alteram ex his duabus rationibus clarius osten¬dere adgredior, quo haec fortium spirituum imbecillitas se ipsam manifestius prodat. Itaque

§. 62.

*Dantur I. veritates necessaria de DEO, a nul¬lo homine solis natura viribus demonstrabiles.* Ideam enim de DEO dum mens humana sibi efformat, ex intuitu entium finitorm perfectiones compo¬nit, & limites, ceu imperfectiones, abstrahit. At¬qui nemo omnes perfectiones entium finitorum, multo minus rerum singularum limites novit. Nam defectus non cognosci possunt nisi per realitates oppositas, jam vero hae, cen limitibus exclusae, enti nec insunt, nec cognosci possunt; *non a prio¬ri ex idea DEI,* quae nonnisi cumulum realita¬tum confuse exhibet; *non a posteriori es entibus creatis,* quibus nullum reale vestigium inest earum perfectionum, quibus carent. Ideam ergo de DEO summe esse incompletam necesse est, ita, ut illi plurimae perfectiones infint, quas, sicut nun¬quam agnoscere, ita *nunquam demonstrare* nobis in¬tegrum est. Sunt autem omnes perfectiones

in DEO invariabiles. Ergo dantur plurimæ veritates de natura DEI neceſſariæ, & viribus naturæ a nullo demonſtrandæ. *

* Combinet quis, ſi tam facile poteſt, providentiam DEI cum noſtra libertate, illius æternitatem cum mundi origine, libertatem cum perfectione infinita, bonitatem cum malis &c.

## §. 63.

*Dantur* II. *veritates neceſſariæ de rebus creatis, a nullo homine naturæ viribus demonſtrabiles.* Idearum enim de rebus creatis origo omnis eſt a ſenſibus, quorum organis excipimus actiones corporum extraneorum, easque ad commune ſenſorium propagatas in mente recipimus; atqui & ſenſuum & idearum tanta eſt imperfectio, ut neceſſario multa confundantur, quæ diſcerni deberent. Nam neque ſimplicia attingunt oculi, nec ſimplicium eſſentias, ſed jam in immenſum compoſitas corpuſculorum ſenſibilium actiones diſcernimus. Itaque impoſſibile eſt ipſas ſimplicium elementorum eſſentias adæquata cognitione exhaurire, cum, quod in primis ideis jam eſt abſolute confuſum, porro evolvi nulla facultate poteſt. Sed eſſentiæ rerum neceſſariæ ſunt & æternæ. Ergo dantur veritates neceſſariæ de rebus creatis a nullo homine ſolis naturæ viribus demonſtrandæ. Idem de eſſentia mentis humanæ valet, quæ nonniſi ex actionibus, ſenſu intimo perceptis cognoſcitur. Jam hæ ipſæ, quia maxima ex parte compoſitæ, idearum ſenſualium præexiſtentium confuſionem ut plurimum participant.

* Di-

in DEO invariabiles. Ergo dantur plurimae ve¬
ritates de natura DEI necessariae, & viribus na¬
turae a nullo demonstrandae.

*Combinet quis, si tam facile potest, providen¬
tiam DEI cum nostra libertate, illius aeternitatem cum
mundi origine, libertatem cum perfectione infinita, bo¬
nitatem cum malis &c.

§. 63.

*Dantur II. veritates necessaria de rebus crea¬
tis, a nullo homine naturae viribus demonstrabiles.*

Idearum enim die rebus creatis origo omnis est a
sensibus, quorum organis excipimus actiones cor¬
porum extraneorum, easque ad commune senso¬
rium propagatas in mente recipimus; atqui &
sensuum & idearum tanta est imperfectio, ut ne¬
cessario multa confundantur, quae discerni debe¬
rent. Nam neque simplicia attingunt oculi, nec
simplicium essentias, sed jam in immensum com¬
positas corpusculorum sensibilium actiones discer¬
nimus. ltaque impossibile est ipsas simplicium ele¬
mentorum essentias adaequata cognitione exhau¬
nire, cum, quod in primis ideis jam est ablolu¬
te confusum, porro evolvi nulla facultate potest.
Sed essentiae rerum necessariae sunt & aeternae.
Ergo dantur veritates necessariae de rebus crea¬
tis a nullo homine solis naturae viribus demon¬
strandae. IDEM de essentia mentis humanae va¬
let, quae nonnisi ex actionibus, sensu intimo per¬
ceptis cognoscitur. Jam hae ipsae, quia maxima
ex parte compositae, idearum sensualium praeexi¬
stentium confusionem ut plurimum participant.

* Dicat itaque Theiſta, quot adhuc combinationes in elementis præter hanc præſentem forent poſſibiles, quomodo naſcatur aurum, quinam lapis philoſophicus, an quadratura circuli ſit poſſibilis &c. Quodſi in iſtis hæſitat, aptiſſime illi Chriſtus exprobrat: *Terrena dixi vobis, & non intelligitis, quomodo, ſi dixero cæleſtia, intelligetis?*

## §. 64.

*Dantur* III. *veritates* CONTINGENTES *innumeræ, naturæ viribus a nullo homine demonſtrabiles.* Sunt res multæ poſſibiles, quas exiſtere aut ſoli DEO, aut DEO ſimul & menti humanæ liberum eſt. Eſſent iterum multa per humanum arbitrium ſub certis conditionibus futura, quæ abſolute nunquam futura ſunt. Atqui quidquid a libertate DEI vel hominum pendet, & contingens & indemonſtrabile eſt A PRIORI, cum ſe priorem completam actus liber determinationem non habeat, A POSTERIORI, cum, quæ nondum exiſtunt, experientia cognoſci nequeunt.

## §. 65.

*Dantur ergo veritates de DEO & rebus creatis neceſſariæ & contingentes, a nullo humano intellectu demonſtrandæ* (§§. 64. 63. 62.).

## §. 66.

*Regulæ Religionis* ſunt veritates, & officia docentes, & ad ea impellentes (§. 24.): *officiorum omnium primum* eſt amor DEI, noſtri, aliorumque (§. 5.); *amor* naſcitur ex cognitione. Si ergo per revelationem veritatum harum indemonſtrabilium augeretur *cognitio* de boni infiniti excel-

* Dicat itaque Theista, quot adhuc combinationes in elementis praeter hanc praesentem forent possibiles, quomodo nascatur aurum, quinam pis philosophicus, an quadratura circuli sit posslibilis &c. Quodsi in istis hae¬sitat, aptissime illi Christus exprobrat: *Terrena dixi vo¬bis, & non intelligitis; quomodo; si dixero caelestia, in¬telligetis?*

§. 64.

*Dantur III. veritates CONTINGENTES innu¬merae, naturae viribus a nullo homine demonstrabiles.* Sunt res multae possibiles, quas existere aut soli DEO, aut DEO simul & menti humanae liberum est. Essent iterum multa per humanum arbitrium sub certis conditionibus futura, quae absolute nun¬quam futura sunt. Atqui quidquid a libertate DEI vel hominum pendet, & contingens & inde¬monstrabile est A PRIORI, cum se priorem com¬pletam actus liber determinationem non habeat, A POSTERIORI, cum, quae nondum existunt, ex¬perientia cognosci nequeunt.

§. 65.

*Dantur ergo veritate de DEO & rebus crea¬tis necessariae & contingentes, a nullo humano intel¬lectu demonstrandae (§§. 64. 63. 62.).*

§. 66.

*Regulae Religionis* sunt veritates, & officia docentes, & ad ea impellentes (§. 24.): *officio¬rum omnium primum* est amor DEl, nostri, alio¬rumque (§. 5.); amor nascitur ex cognitione. Si ergo per revelationem veritatum harum indemon¬strabilium augeretur *cognitio* de boni infiniti ex¬

cellentia (§. 62.), de operum ab eo creatorum nobilitate (§. 63.), de gratuitis illius in nos beneficentiæ prodigiis (§. 64), evidens eſt, *voluntatem noſtram* & ad amandum illud ſummum bonum, & ad reliqua officia ferventer exequenda potentius impulſum iri. *Itaque evidens pariter eſt, quod veritates illæ neceſſariæ & contingentes ita ad Religionis ſupernaturalis regulas pertineant, ut, ſi revelarentur, ad beatitudinem longe excellentiorem nos diſponerent, ſicut nova divini amoris incitamenta ſuperadderent.*

## §. 67.

*Evidens item eſt* IV. *dari veritates, non ſolum a naturæ viribus non demonſtrandas: ſed & veritatibus naturali lumine demonſtratis in ſpeciem contradicentes.* Ex una enim parte ideæ noſtræ de DEO & rebus creatis non ſolum inadæquatæ, ſed vel maxime *confuſæ* ſunt, ex altera vero *diſtincta* ejusdem rei idea a *confuſa* ita diſcrepat, ut, ſi confuſam ideam habenti offeras diſtinctam (quin rationem ſufficientem, cur ita ſe habeat res, addas), alienum quid a te affingi rei eidem pro certo exiſtimet. Exemplum unicum; offer veteri cuidam Peripatetico pulverem, qui ex flavo & cæruleo probe commixtus colorem viridem ſiſtit; jurabit, hunc colorem viridem omnino dici debere: non vero flavum & cæruleum dici poſſe. Tunc jube illum microſcopio ſingula granula explorare, iterum per cœlum jurabit, fallaciam machinæ ſubeſſe. Scilicet nonniſi ideam confuſam de coloribus habenti, acumen microſcopii deerat. Contra ſi diſtinctam illi ideam afferas, miram eorum inter ſe diſcordiam ſtatim intuebitur. Itaque

§. 68.

cellentia (§. 62.), de operum ab eo creatorum no¬ bilitate (§. 63.), de gratuits ilius in nos bene¬ ficentiae prodigiis (§. 64), evidens est, *volunta¬ tem nostram* & ad amandum illud summum bonum, & ad reliqua officia ferventer exequenda poten¬ tius impulsum iri. *Itaque evidens pariter est, quod veritates illae necessariae & contingentes ita ad Re¬ ligionis supernatualis regulas pertineant, ut, si re¬ velarentur, ad beatitudinem longe excellentiorem nos disponerent, sicut nova divini amoris incitamenta su¬ peradderent.*

§. 67.

*Evidens item est IV. dari veritates, non so¬ lum a naturae viribus non demonstrandas: sed & veritalibus naturali lumine demonstratis in speciem contradicentes.* Ex una enim parte idea nostrae de DEO & rebus creatis non solum inadaequatae, sed vel maxime *confusae* sunt, ex altera vero *di¬ stincta* ejusdem rei idea a *confusa* ita discrepat, ut, si confusam ideam habenti offeras distinctam (quin rationem sufficientem, cur ita se habeat res, ad¬ das), alienum quid a te affingi rei eidem pro cer¬ to existimet. EXEMPLUM unicum; offer veteri cuidam Peripatetico pulverem, qui ex flavo & caeruleo probe commixtus colorem viridem sistit; jurabit, hunc colorem viridem omnino dici debe¬ re: non vero flavum caeruleum dici posse. Tunc jube illum microscopio singula granula explorare, iterum per coelum jurabit, fallaciam machinae subesse. Scilicet nonnisi ideam confusam de co¬ loribus habenti, acumen microscopii deerat. Con¬ stra si distinctam illi ideam afferas, miram eorum inter se discordiam statim intuebitur. ltaque

## §. 68.

*Quoties rerum nonniſi ideas incompletas habemus, neceſſe eſt multa confundi, quæ reipſa diverſiſſima ſunt.* Res enim diverſiſſimæ multis in notis paſſim conveniunt. Niſi ergo idea præter notas communes etiam differentiales & individuales exhibeat, rebus diverſis inter ſe comparatis, unam eſſe alteram putabis, h. e. confundes.

## §. 69.

I. Quoniam ergo nihil evidentius eſt, quam noſtras de creatis & multo magis de divinis ideas eſſe valde incompletas, & confuſas, *neceſſe eſt, nos multas veritates de iis partim comprehendere non poſſe, partim multas earum aliquam falſitatis ſpeciem offerre.*

* Ex alterutro horum fontium manat *omnis difficultas dogmatum.* Ratio vero remota eſt ipſa finitudo eſſentiæ mentis humanæ, quæ totam objecti cognoſcibilitatem non exhauriens, quidquid ultra id adſeritur, capere nequit.

## §. 70.

II. *Niſi quis exiſtimet, ſe omnia comprehendere, ſine ingenti ſtultitia dogmata ſufficienter conteſtata ideo ſolum rejicere pro falſis nequit, eoquod illa non capiat.*

III. Cum ergo hoc nemo prudens de ſe opinari poteſt: quippe intellectus finitus ideæ adæquatæ incapax eſt; *evidens eſt, nonniſi ſtulte repudiari veritates divina auctoritate ſatis conteſtatas, ideo præciſe, quod easdem capere nequeas.*

* Fin-

§. 68.

*Quoties rerum nonnisi ideas incompletas ha¬ bemus, necesse est multa consundi, quae reipsa di¬ verissima sunt.* Res enim diverstimae multis in notis passim conveniunt. Nisi ergo idea praeter notas commnes etiam differentiales & individua¬ les exhibeat, rebus diversis inter se comparatis, unam esse alteram putabis, h. e. confundes.

§. 69.

I. Quoniam ergo nihil evidentius est, quam nostras de creatis & multo magis de divinis ideas esse valde incompletas, & confusas, *necesse est, nos multas veritates de iis partim comprehendere non pos¬ se, partim multas earum aliquam falsitatis speciem offerre.*

*Ex alterutro horum fontium manat *omnis diffi¬ cultas dogmatum.* RATIO vero remota est ipsa finitudo essentiae mentis humanae, quae totam objecti cognoscibi¬ litatem non exhauriens, quidquid ultra id adseritur, ca¬ pere nequit.

§. 70.

*Nisi quis existimet, se omnia comprehen¬ dere, sine ingenti stultitia dogmota sufficienter con¬ testata ideo solum rejicere pro falsis nequit, eoquod ille non capiat.*

III. Cum ergo hoc nemo prudens de se opi¬ nari potest: quippe intellectus finitus idea adae¬ quatae incapax est; *evidens est, nonnisi stulte repu¬ diari veritates divina auctoritate statis contestatas,* ideo praecise, quod easdem capere nequeas.

* Finge tibi hominem a primo ortu cœcum, qui ideas plani & ſphæræ tactu exploratas habet, novitque ideas TACTILES utriusque ita ſibi contradicere; ut in una re ſimul conjungi nequeant. Dic illi, tibi ſenſum acutiorem, oculos nempe, competere, qui pari modo a plana quadam tabula, in qua ſecundum perſpectivæ regulas globus depictus ſit, atque a ſphæra afficiuntur, ita, ut plano & ſphæræ communis IDEA VISUALIS reſpondeat. Quid pronius: quam ut oculis orbatus veritatem hanc capere nequeat. 2.) Pone tamen, illi cœco conſtare, tibi revera ſenſum excellentiorem, quo caret, competere, ſimul te in affirmanda quavis re ſumme veracem eſſe, certe ſine ingenti ſtultitia ne cœcus quidem de veritate dictorum tuorum dubitare poſſet.

IV. *Itaque ad diſſipandas adparentes evidentias, quæ revelationi adverſantur, duo hæc ſcire oportet, nos* COECOS *eſſe, & DEUM omnia ſimul* VIDERE, *& ſimul in loquendo* FALLI *non poſſe*, h. e. nos habere ideas incompletas, DEUM vero ſumma auctoritate pollere.

§. 71.

*DEUS nequit revelare veritatem, quæ alicui principio ex lumine naturæ evidenter demonſtrato vere repugnet.* Quæ ſibi *vere* contradicunt, ſimul vera eſſe nequeunt; ergo aut DEUS revelando nos falleret, aut LUMEN NATURÆ evidentiam ſecundum omnes rationes ſufficientes proponendo. Atqui *DEUS omniſcius* non poteſt non omnem rationem ſufficientem cujuscunque veritatis perſpectam habere, & *veraciſſimus* non poteſt non ipſiſſimam veritatem conteſtari; nec *in homine* rationum vere ſufficientium intuitus, h. e. evidentia, dari poteſt, quin is veritatem reipſa agnoſcat. Ergo.

* Ita-

* Finge tibi hominem a primo ortu coecum, qui ideas plani & sphaere tactu exploratas habet, novitque idaas TACTILES utriusque ita sibi contradicere; ut in una re simul conjungi nequeant. Dic illi, tibi sensum acutiorem, oculos nempe, competere, qui pari modo a plana quadam tabula, in qua secundum perspectivae re¬ gulas globus depictus sit, atque a sphaera affciuntur, ita, ut plano & sphaere communis IDEA VISUALIS respon¬ deat. Quid pronius: quam ut oculis orbatus veritatem hanc capere nequeat. 2) Pone tamen, illi coeco constare, tibi revera sensum excellentiorem, quo caret, competere, si¬ mul te in affirmanda quavis re summe veracem esse, cer¬ te fine ingenti stultitia ne coecus quidem de veritate di¬ ctorum tuorum dubitare posset.

*IV. Itaque ad dissipandas adparentes eviden¬ tias; quae revelationi adversantur; duo haec scire oportet, nos COECOS esse, & DEUM omnia simul VIDERE, & simul in loquendo FALLI non posse h.e.* nos habere ideas incompletas. DEUM vero sum¬ ma auctoritate pollere.

§. 71.

*DEUS nequit revelare veritatem, quae alicui principio ex lumine naturae evidenter demonstrato ve¬ re repugnet.* Quae sibi *vere* condradivunt, simul vera aut nequeunt; ergo aut DEUS revelando nos falleret, aut LUMEN NATURAE evidentiam secun¬ um omnes rationes sufficentes proponendo. At¬ qui DEUS *omniscius* non potest non omnem ra¬ tionem sufficientem cujuscunque veritatis perspe¬ ctam habere, & *veracissimus* non potest non ipsis¬ simam veritatem contestari; nec in *homine* ratio¬ num vere sufficientium intuitus, h. e. evidentia, dari potest, quin veritatem reipsa agnoscat. Ergo.

* Itaque bene exploſa pridem eſt illa Petri Pomponatii, Mantuæ an. 1462. circiter nati ſententia, qui adſeruit, plura Religionis chriſtianæ myſteria contra rationem naturalem pugnare, poſſe vero aliquid verum eſſe Philoſophis, quod falſum ſit Chriſtianis. *Veritas enim veritati nequit contradicere.* Eandem Pomponatii opinionem poſt Benedictum Spinozam confirmare nititur Petrus Baile (in Diction. hiſtor. & critic. articulo Pomponatius), ſed ea mente, ut myſteria fidei, uti rationi adverſa, ita & veritati contraria rejiciant. Damnata eſt Pomponatii opinio an. 1513. in Concil. Lateran. V. ſub Leone Papa X. Seſſ. 8.

## §. 72.

*Si DEUS revelet veritates, in ſpeciem cum evidenti luminis naturæ principio pugnantes: modo de revelatione moraliter certi ſumus, nec evidenter falſas eſſe probare poſſumus; fidem habere tenemur auctoritati divinæ, ſeu Philoſophi, ſeu vulgi homines ſumus.* Eſt enim evidens, intellectui divino ceu erroris incapaci ſubjici debere omnem intellectum errori obnoxium, quoties hæc ſubjectio locum habet. Atqui intellectus humanus *errori obnoxius* eſt, quoties vera evidentia non dirigitur, & *ſubjectionis capax,* quoties de divino teſtimonio ſufficienter conſtet. Jam vero, ſi prudens dubium non relinquat, h. e. ſi gradum moralis certitudinis exiſtentia revelationis attingat, tunc de divino teſtimonio ſufficienter nobis conſtat.

* Extra hunc caſum itaque, quo Theiſta cum vera evidentia demonſtrat, falſum eſſe, quod Chriſtus revelavit, non poteſt niſi cum ſtultitia negare ullum dogma, utcunque captu difficile, modo de revelatione Chriſti moraliter certus ſit. Atqui hunc caſum in nullo dogmate chriſtiano locum habere, adcurate demonſtrabimus.

* Itaque bene explosa pridem est illa Petri Pom¬ ponatii, Mantuae an. 1462. circiter nati sententia, qui ad¬ feruit, plura Religionis christianae mysteria contra ratio¬ nem naturalem pugnare, posse vero aliquid verum esse Philosophis, quod falsum sit Christianis. *Veritas enim ve¬ riati nequit contradicere.* Eandem Pomponatii opinio¬ nem post Benedictum Spinozam confirmare nititur Petrus Baile (in Diction. histor. critic. articulo Pomponatius), sed ea mente, ut mysteria fidei, uti rationi adversa, ita & veritati contraria rejiciant. Damnata est Pomponatii opinio an. 1513. in Concil. Lateran. V. sub Leone Pa¬ pa X. Seff. 8.

§ .72

*Si DEUS revelet veritates, in speciem cum evidenti luminis naturae principio pugnantes: modo de revelatione moraliter certi sumus, nec evidenter, falsas esse probare possumus; fidem habere tenemur auctoritati divinae, seu Philosophi, seu vulgi homi¬* nes sumus. Est enim evidens, intellectui divino ceu erroris incapaci subjici debere omnem intel¬ lectum errori obnoxium, quoties haec subjectio lo¬ cum habet. Atqui intellectus humanus errori ob¬ noxius est, quoties vera evidentia non dirigitur. *& subjectionis capax,* quoties de divino testimonio sufficienter constet. Jam vero, si prudens du¬ bium non relinquat, h. e. si gradum moralis cer¬ titdinis exstentia revelationis attingat, tunc de divino testimonio sufficienter nobis constat.

* Extra hunc casum itaque, quo Theista um ve¬ ra evidentia demonstrat, falsum esse, quod Christus re¬ velavit, non potest nisi cum stultitia negare ullum do¬ gma, utcunque captu difficile, modo de revelatione Chri¬ sti moraliter certus sit. Atqui hunc casum in nullo do¬ gmate christiano locum habere, adcurate demonstrabimusg

Nugatur itaque D. Rouſſeau toto illo Dialogo, quo hominem divinitus inſpiratum cum Philoſopho committit (Emil. pag. 85.). Supponit enim absque omni demonſtratione, pugnantia a Chriſto doceri.

* * Licet equidem Theiſtæ in quovis dogmate revelationis tum *ſenſum*, tam *certitudinem* examinare. At poſtquam de utroque moraliter certus eſt, ita ſecum tenebitur ratiocinari. Plurima ex creatis, licet veriſſima, capere nequeo; ergo cum certus ſum, DEUM revelaſſe, etſi veritatem non capiam, intellectum meum divino ſubjiciam. Hem ratiocinium ipſiſſimum cœci noſtri (§. 70. not.)! quod ego captus oculis non videam, nihil obſtat, quo minus alii videant, qui oculis valent, etſi mente nequeam concipere. Ergo cum certum eſt, alios oculis valere, idemque teſtari, ſane imprudens ſim, ni credam, etſi non videam. Sed Theiſta nihilominus rurſus

## §. 73.

Objicit 1.) *DEUS ipſe eſt auctor luminis naturæ; quod ergo huic adverſatur, revelare nequit; ſecus ſibi ipſe contradiceret. Reſpond.* DEUS eſt auctor facultatis naturalis intellectus, non vero auctor omnis illius uſus, & naturalis defectus. Ergo etſi nihil revelare queat, quod recto rationis uſui adverſetur, poteſt tamen revelare, quod ejus tuendi facultatem ſuperet, & abuſui vel errori contrarium eſt. *Limites*, quos humana cognitio neceſſario ſecum fert, nos creando DEUS non ſuſtulit. Itaque multæ veritates ſint oportet, ad quas lumen naturæ non pertingit *ob defectum*, & quas, licet diverſiſſimas, inter ſe confundit *ob abuſum* rationis. Si ergo DEUS, aut quas ignoramus, aut quas inter ſe confundimus, veritates nobis revelat, non ſibi contradicit, ſed noſtræ

par-

Nugatur itaque D. Rousseau toto illo Dialogo, quo ho¬ minem divinitus inspiratum cum Philosopho committit (Emil. pag. 85.). Supponit enim absque omni demon¬ stratione, pugnantia a Christo doceri.

** Licet equidem Theistae in quovis dogmate re¬ velationis tum *sensum*, tam *certitudinem* examinare. At postquam de utroque moraliter certus est, ita secum te¬ nebitur ratiocinari. Plurima ex creatis, licet verissima, capere nequeo; ergo cum certus sum, DEUM revelasse, etsi veritatem non capiam, intellectum meum divino sub¬ jiciam. Hem ratiocinium ipsissimum coeci nostri (§. 70. not.)! quod ego captus oculis non videam, nihil obstat, quo minus alii videant, qui oculis valent, etsi mente nequeam concipere. Ergo cum certum est, alios oculis valere, idemque testari, sane imprudens sim, ni credam, etsi non videam. SED Theista nihilominus rursus

§. 73.

Objicit 1.) *DEUS ipse est auctor na¬ turae; quod ergo huic adversatur, revelare nequit; secus sibi ipse contradiceret. Respond.* DEUS est auctor facultatis naturalis intellectus, non vero auctor omnis illius usus, naturalis defectus. Ergo etsi nihil revelare queat, quod recto ratio¬ nis usui adversetur, potest tamen revelare, quod ejus tuendi facultatem superet, & abusui vel er¬ rori contrarium est. *Limites*, quod humana cogni¬ tio necessario secum fert, nos creando DEUS non sustulit. ltaque multae veritates sint oportet, ad quas lumen naturae non pertingit ob *defectum*, & quas, licet diversissimas, inter se confundit *ob ab¬ usum* rationis. Si ergo DEUS, aut quas ignora¬ mus, aut quas inter se confundimus, veritates nobis revelat, non sibi contradicit, sed nostrae

partim *ignorantiæ*, partim *imbecillitati* acuminis ſuccurrit. *Denique* (§. 71. not.) & cœcus lumen rationis a DEO accepit; non tamen DEO contradicit, qui illum viſus expertem phœnomena viſus amanter edoceat, etſi capere minime valentem.

## §. 74.

*Evidentia*, objicit 2.) *neceſſitat ad aſſenſum. Ergo ſi videtur dogma revelatum evidenter pugnare cum lumine naturæ, aſſenſus illi præſtari porro non poteſt. Reſp.* Evidentia REALIS ad aſſenſum neceſſitat; ſed evidentia mere *adparens* non neceſſitat ad aſſenſum veritati reali præſtandum. *Notiones veritatis* & *evidentiæ* realis ac adparentis, itemque *exempla* rem totam planiſſime dilucidabunt. Veritas *realis* eſt conformitas judicii cum objecto, quæ judicio ipſo, objecto, & utriusque ſimilitudine abſolvitur. *Idealis* eſt ſola ideæ ſubjecti cum idea prædicati convenientia, vel diſcrepantia, ſeu ideis objectum reale reſpondeat, ſeu non reſpondeat. Itaque *evidentia realis* eſt intuitus in omnes rationes ſufficientes veritatis realis judiciorum, qui præter veritatem ideæ ſubjecti requirit ideas *completas ſubjecti* & *prædicati*. *Evidentia idealis* vero eſt intuitus convenientiæ vel repugnantiæ ideæ prædicati & ſubjecti ſine intuitu veritatis realis idearum. Porro evidentia idealis ſine reali naſcitur ex idea deceptrice, hæc ex ideis incompletis ſubjecti & prædicati. Sic qui idea incompleta *auri* præditus eſt, evidentia ideali *aurichalcum* pro *auro* habet. *Colorum* quoque confuſa idea præditus evidentia ideali falſum putabit, *virorem ex flavo & cæruleo conflari poſſe*; quin tamen *evidentia ideali* neceſſitentur ad aſſenſum circa veritatem *realem*. Certe ſi provocantur ad demonſtrandas has theſes: *Hoc, quod video, eſt aurum, viror conſtare ex flavo & cæruleo ne-*

partim *ignorantiae*, partim *imbecillitati* acuminis suc¬
currit. *Denique* (§. 71. not.) & coecus lumen
rationis a DEO accepit; non tamen DEO contra¬
dicit, qui illum visus expertem phoenomena visus
amanter edoceat, etsi capere minime valentem.

§. 74.

*Evidentia*, objicit 2.) necessitat ad assensum¬
*Ergo si videtur dogma revelatum evidenter pugnare
cum lumine naturae, assensus illi praestari porro non
potest.* Resp. Evidentia REALIS ad assensum ne¬
cessitat; sed evidentia mere *adparens* non necessi¬
tat ad assensum veritati reali praestandum. *No¬*
tiones *veritatis* & *evidentiae* realis ac adparentis,
itemque *exempla* rem totam planissime dilucida¬
bunt. Veritas *realis* est conformitas judicii cum
objecto, quae judicio ipso, objcto, & utriusque
similitudine absolvitur. *ldealis* est sola ideae sub¬
jecti cum idea praedicati convenientia, vel discre¬
pantia, seu ideis objectum reale respondeat, seu
non respondeat. Itaque *evidentia realis* est intui¬
tus in omnes rationes sufficientes veritatis realis
judiciorum, qui praeter veritatem idea subjecti
requirit ideas *completas subjecti* & *praedicati. Evi¬
dentia idealis* vero est intuitus convenientiae vel
repugnantiae ideae praedicati & subjecti sine intui¬
tu veritatis realis idearum. Porro evidentia idea¬
lis sine reali nascitur ex idea deceptrice, haec ex
ideis incompletis subjecti & praedicati. Sic qui
idea incompleta *auri* praeditus est, evidentia idea¬
li *aurichalcum* pro *auro* habet. *Colorum* quoque
confusa idea praeditus evidentia ideali falsum pu¬
tabit, *virorem es flavo* & *caeruleo conflari posse*;
quin tamen *evidentia ideali* necessitentur ad assen¬
sum circa veritatem *realem.* Certe s provocan¬
tur ad demomtrandas has theses: *Hoc, quod vi¬
deo, est aurum, viror constare ex flavo & caeruleo*

*nequit*, hærebunt, & hæſitatione oſtendent, facilitatem judicandi ex impetu, non ex intuitu veritatis realis, ortam eſſe. Idem in dogmatis revelatis v. g. *Tres dantur perſonæ in una divinitatis eſſentia.* Negat hoc Theiſta, ex confuſa idea putans, *tres perſonas eſſe tres res in una re.* At oſtendat mihi, quod *perſonalitas idem ſit cum eſſentia, perſonarum diſtinctio* idem ac *diſtinctio rerum.* Non poterit ſane, cum & in homine duæ res; corpus & anima, non tamen duæ perſonæ ſint. Proclivitas ergo judicandi, myſterium SS. Trinitatis pugnare cum evidenti principio, orta eſt ex confuſa idea, quæ eſſentiam cum perſona confundit. Quodſi hæc idealis evidentia ad aſſenſum neceſſitat, tunc cœcus noſter recte cogi ſe dicet ad negandam hanc veritatem, *communem eſſe poſſe ſphæræ & plani viſualem ideam. In hunc* fere modum cum ideali evidentia D. Rouſſeau infert, ſi Chriſtus, ut volunt SS. Patres, conſecratam a ſe hoſtiam ſumſiſſet, *os majus toto corpore, pars major toto* fuiſſet. Nempe idea incompleta magnitudinem realem cum locali confundit; verum eſt, *totum phyſicum non poſſe magnitudine* REALI *minus eſſe* parte ſua, ſed verum non eſt, *partem phyſicam non poſſe toto phyſico majorem extenſionem* LOCALEM *habere.* Si ergo evidentia ideali decipimur, ſponte decipimur, quia judicium tamdiu non ſuſpendimus, donec ideis incompletis completas ſubſtituamus.

## §. 75.

Objicit 3.) *DEUS, ipſiſſima lux, tenebrarum amator eſſe nequit, nec adeo auctor tam obſcuræ revelationis. Deinde* quorſum ſerviet obſcura revelatio? cui etſi adſentiaris, nihil reipſa affirmes. *Demum* myſteriorum obſcurorum revelatio,

&

*nequit,* haerebunt, & haesitatione ostendent, faci¬ litatem judicandi ex impetu, non ex intuitu ve¬ ritatis realis, ortam esse. Idem in dogmatis re¬ velatis v. g. *Tres dantur personae in una divinita¬ tis essentia*. Negat hoc Theista, ex confusa idea *putans, tres personas tres res re in una re.* At ostendat mihi, quod *personalitas idem sit cum es¬ sentia, personarum distinctio* idem ac *distinctio re¬ rum*. Non poterit sane, cum & in homine duae res; corpus & anima, non tamen duae personae sint. Proclivitas ergo judicandi, mysterium SS. Trinitatis pugnare cum evidenti principio, orta est ex confusa idea, quae essentiam cum persona confundit. Quodsi haec idealis evidentia ad as¬ sensum necessitat, tunc coecus noster recte cogi se dicet ad negandum hanc veritatem, *communem esse posse sphaere & plani visualem ideam. In hunc* fere modum cum ideali evidentia D. Rousseau in¬ fert, si Christus, ut volunt SS. Patres, consecra¬ tam a se hostiam sumsisset, *os majus toto corpore, pars major toto* fuisset. Nempe idea incompleta magnitudinem realem cum locali confundit; ve¬ rum est, *totum physicum non posse magnitudine* REA¬ LI *minus esse* parte sua, sed verum non est, *par¬ tem physicam non posse toto physico majorem exten¬ sionem* LOCALEM *habere*. Si ergo evidentia idea¬ li decipimur, sponte decipimur, quia judicium tamdiu non suspendimus, donec ideis incomple¬ tis completas substituamus.

§. 75

Objicit 3.) DEUS, *ipsissima lux, tenbra¬ tum amator esse nequit, nec adeo tam obscu¬* rae revelationis. Deinde quorsum serviet obscura revelatio? cui etsi adsentiaris, nihil reipsa affir¬ mes. Demum mysteriorum obscurorum revelatio,

& obligatio credendi eſt nonniſi novus humanæ innocentiæ laqueus. *Sed reſp. ad* 1.) DEUS eſt lux, & nullas tenebras in SUA SCIENTIA admittit; ſed in REVELATIONE nec poteſt, nec decet clariſſima omnia arcana evolvere. *Non poteſt* ob finitudinem humani intellectus; *non decet* ob ſtatum hujus vitæ ad colligenda merita ſtatui futuro ſubordinatum; atqui nulla meriti ratio, ſi intellectum nonniſi tunc divinæ revelationi ſubjicimus, cum diſtincta nos urget cognitio. Certe ſi huic argumento vis ineſſet, DEUS neque luminis naturalis, quo DEI exiſtentiam cognoſcimus, auctor eſſet, quia & illud multis involutum tenebris eſt. Theiſta ergo Atheo veniam dabit, ſi ſe ab admittenda DEI exiſtentia per obſcuritatem luminis naturæ excuſet. *Ad* 2.) Etſi neſcimus, *cur*, vel *quomodo* res ita ſit; noſſe tamen, *quod* ita ſit, ad *fidem* ſufficit, etſi non ſufficiat ad *ſcientiam*. An, ſi tibi dico, *Roma* exiſtit, nihil affirmo, niſi ſimul dicam, *quomodo* exiſtat? *Ad* 3.) Nunquid altior de beneficiis DEI cognitio ad praxin inutilis? Nonne ipſa *fides*, partis hominis nobiliſſimæ ſacrificium nobiliſſimum? Nonne *ſpei & amoris* incrementa utilitatem revelationis commendant? Porro ut revelationis utilitas in libero homine locum habeat, tam *revelari* dogmata, quam non revelari *cum plena luce* oportet. *Denique* non revelatio, ſed mentis humanæ *arrogantia* in acceptanda revelatione in laqueum cedere ſolet. *Ergo revelationis obſcuritas non ſolum non noxia homini, ſed perquam utilis eſt.*

## §. 76.

Pergit 4.) *Evidens repugnantia dogmatis evertit certitudinem moralem revelationis; atqui mihi evidens eſt, hoc illudve dogma repugnare.* DEIN

& obligatio credendi est nonnisi novus humanae innocentiae laqueus. Sed resp. ad 1.) DEUS est lux, & nullas tenebras in SUA SCIENTIA ad¬ mittit; sed in REVELATIONE nec potest, nec de¬ cet clarissima omnia arcana evolvere. *Non potest* ob finitudinem humani intellectus; *non decet* ob statum hujus vitae ad colligenda merita statui fu¬ turo subordinatum; atqui nulla meriti ratio, si intellectum nonnisi tunc divinae revelationi subji¬ cimus, cum distincta nos urget cognitio. Certe si huic argumento vis inesset, DEUS neque lu¬ minis naturalis, quo DEI existentiam cognosci¬ mus, auctor esset, quia & illud multis involutum tenebris est. Theista ergo Atheo veniam dabit, si se ab admittenda DEI existentia per obscurita¬ tem luminis naturae excuset. Ad 2.) Etsi ne¬ scimus, *cur*, vel *quomodo* res ita sit; nosse tamen, *quod* ita sit, ad *fidem* sufficit, etsi non sufficiat ad *scientiam.* An, si tibi dico, *Roma* existit, nihil affirmo, nisi simul dicam, *quomodo* existat? *Ad* 3.) Nundquid altior de beneficiis DEl cognitio ad praxin inutilis? Nonne ipsa *fides*, partis hominis nobilissimae sacrificium nobilissimum? Nonne *spei* & *amoris* incrementa utilitatem revelationis com¬ mendant? Porro ut revelationis utilitas in libe¬ ro homine locum habeat, tam *revelari* dogmata, quam non revelari *cum plena luce* oportet. *Deni¬ que* non revelatio, sed mentis humanae *arrogantia* in acceptanda revelatione in laqueum cedere so¬ let. *Ergo revelationis obscuritas non solum non no¬ xia homini, sed perquam utilis est.*

§. 76.

*Pergit 4.) Evidens repugnantia dogmatis ever¬ tit certitudinem moralem revelationis; atqui mihi* evidens est, hoc illudve dogma repugnare. DEIN

*in certitudine morali revelationis detegenda æque errare poſſum*, atque *in repugnantia dogmatis.* SALTEM ſi *poſt ſedulum examen repugnare mihi videtur aliquod dogma, illud credere non tenebor. Reſponſionis* loco ſint, quæ ſubjungo, ex hactenus dictis, veluti totidem

## §. 77.

COROLLARIA. I. *Quævis obſcuritas orta ex incomprehenſibilitate myſterii, non ſtatim dicenda eſt repugnantia dogmatis.*

II. *Omnino fas eſt, ut in credendis objectis, humana ratione majoribus, diligenter examinemus*, an *certitudinis moralis gradum attingat conteſtata revelationis exiſtentia.* Quamdiu enim de hac prudens adeſt dubium, abſolutus aſſenſus ipſe prudens non eſt. 2.) REVELATIO *vero ipſa, ceu factum, facilius examinatur, quam* VERITAS *revelata* (§§. 43. 46.).

III. *Si de revelationis exiſtentia ſat certi ſumus, non jam opus eſt examine ipſius dogmatis obſcuri ad hoc, ut divinæ revelationi prudenter aſſentiamus.* Revelatio enim, quæ certitudinis moralis gradum attingit, divinitatis charactere inſignita jam eſt, qui non quidem ſpeciem, at ſubſtantiam certe omnis veræ contradictionis excludit. 2.) Ab onere examinis hujus eximere prudentes quosvis poſſunt tot ſapientum a tot ſeculis huic dogmati conſentientium judicia, quorum oculos evidens contradictio certe non ſubterfugiſſet.

* *Neque* poteſt dici, quod maxime inveriſimilia, auctoritate aliquando conſecrata, myſterii inſcrutabilis ſpeciem in timidis animis induant. Nam hoc objici non poteſt primis Religionis noſtræ heroibus, qui, cum articulis

*in certitudine morali revelationis detegenda aeque er¬ rare possum,* atque *in repugnantia dogmatis.* SAL¬ TEM *si post sedulum examen repugnare mihi videtur aliquod dogma, illud credere non tenebor. Respon¬ sionis* loco sint, quae subjungo, ex hactenus di¬ ctis, veluti totidem

§. 77.

COROLLARIA. I. *Quaevis obscuritas orta ex incomprehensibilitate mysterii, non statim dicenda est repugnantia dogmatis.*

*II. Omnino fas est, ut in ceredendis objectis, humana ratione majoribus, diligenter examinemus,* an *certitudinis moralis gradum attingat contestata reve¬ lationis existentia.* Quamidiu enim de hac prudens adest dubium, absolutus assensus ipse prudens non est. 2.) REVELATIO *vero ipsa, ceu factum, faci¬ lius examinatur, quam VERITAS revelata* (§§. 43. 46.).

*III. Si de revelationis existentia sat certi su¬ mus, non jam opus est examine ipsius dogmatis ob¬ scuri ad hoc, ut divinae revelationi prudenter assen¬ tiamus.* Revelatio enim, quae certitudinis mora¬ lis gradum attingit, divinitatis charactere insigni¬ ta jam est, qui non quidem speciem, at substan¬ tiam certe ommis verae contradictionis excludit. 2.) Ab onere examinis hujus eximere prudentes quosvis possunt tot sapientum a tot seculis huic dogmati consentientium judicia, quorum oculos evidens contradictio certe non subterfugisset.

* *Neque* potest dici, quod maxime inverisimilia, au¬ ctoritate aliquando consecrata, mysterii inscrutabilis spe¬ ciem in timidis animis induant. Nam hoc objici non po¬ test primis Religionis nostrae heroibus,qui cum articulis

fidei diſtinctis maximam reverentiam habuerint, ab eorum ſumma excluſerint multa objecta particularia, etſi voce tenus in Scripturis contenta, eoquod evidentem in iis contradictionem intellectus detegat. Sic & rudiſſimus quisque fidelium DEUM credit puriſſimum ſpiritum, & perfectiſſimum, etſi Scriptura aperte illi membra, & affectus iræ, pœnitentiæ &c. tribuat.

§. 78.

IV. *Nihilominus vetitum non eſt homini docto ſobrium examen ipſius dogmatis.* Talis enim rationis uſus non repugnat fini ultimo, ſi debitis limitibus coërceatur.

V. Conditiones in examine dogmatis duæ ſunt: 1*ma*, *ne ſe examen ulterius extendat, quam ad detegendum, utrum nulla evidens contradictio dogmati inſit;* 2*da*, *ut mentis ſemper præparatio conſervetur veritati dogmatis aſſentiendi, quamprimum nulla evidens detegatur contradictio.* Aſſenſui enim non obſtat quævis obſcuritas, & ad meritum fidei requiſita, & in intellectu limitato neceſſaria.

* Defectus harum conditionum non caret gravi præſumtione. PRIMA conditio permittit Philoſopho hoc ratiocinium: *Objectum, quod credendum mihi proponitur, evidenti contradictione laborat*; *ergo non eſt revelatum.* At hoc ratiocinium improbat: *Dogma, quod revelatum eſſe moraliter certus ſum; non capio; ergo revelatum non eſt nec id credere teneor.* VI SECUNDÆ, ut revelationis GRATIAM conſequamur, oportet cum reverentia divinæ Majeſtati adpropinquare, ne opprimamur a GLORIA.

„Nulla Religio alia circa dogmatum natu¬„ralium excellentiam & integritatem cum chri¬„stiana comparari potest, sed omnes in praecipuis „capitibus deficiunt." Nam 1.) de Polytheismo nulla potest esse mentio. Religio enim, quae in primo capite deficit, & Deos pro arbitrio creat, eisque cuncta affingit scelera, Religionis potius eversio dici debet. 2.) *Mahomet* in suo Alcorano adstruit *unitatem DEI, usuram adversus extraneos,* prohibet, *orationem, jejunium, eleemosynam* praeci¬pit, *subjectionem erga DEI voluntatem* inculcat, & *extremum judicium* intentat. Haec Religionis na¬turalis capita & pauca sunt ad christianae legis perfectionem comparata, & simul ex veteris & novi testamenti Scripturis mutuata. His addidit *circumcisionem, delectum ciborum, varias lotiones,* aliasque legis mosaicae ceremonias, ceu ad salu¬

tem neceſſarias. Ipſe libidini totus deditus præter alia abſurda *beatitudinem, ut plurimum in carnis illecebris conſiſtentem*, poſt hanc vitam ſuis promiſit; etſi ex intuitu DEI majorem voluptatem obtentum iri fateatur. „ Quod bonum itaque ha„ bet, chriſtianæ Religionis eſt; cui tamen fabu„ las de suo addidit. " 3) *Religio Philoſophorum*, ſeu ut volunt, Ethica philoſophorum *fundamentis primis & motivis Religionis* caret, certa ſcilicet notitia providentiæ DEI: humanæ libertatis, alterius vitæ præmiorum & ſuppliciorum, immortalitatis. *Doctrina moralis* eorum æque imperfecta eſt, quæ officia erga parentes continens, ut plurimum officia ſummo omnium parenti DEO debita negligit, nihil de *adoratione DEI in ſpiritu & veritate*, nihil de *præcepto maximo caritatis*, nihil de referendis *ad DEI gloriam* actionibus, nihil de *humilitate interna*, & modeſtia in formandis de ſe ipſo judiciis, nihil de *præcepto orationis* memorans. Quodſi preces fundebant ad Superos, non virtutem, cujus auctores ſe ipſos fatebantur, ſed vitam & opes poſtulabant. Hinc Horat. L. I. Epiſt. 18. *Det vitam, det opes, æquum mî animum ipſe parabo. Sapiens eſt*, ait Romanus Philoſophus Paradox. 2., *qui eſt totus aptus ex ſe ſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia.* Idem quærit L. III de Nat. Deor. *Quis unquam de ſua virtute Diis gratias egit?* Contra Chriſtus ſuos edocet, quærere primum regnum DEI (Matth. VI. 33.), & reliqua illis ultro adjicienda promittit. *Caritas proximi* vero apud Philoſophos ultra præſentis vitæ bona, aliis exoptanda, ſe non extendebat. Sicut porro Religio Philoſophorum defecit in OFFICIIS *declarandis*, ita multo magis in ſuppeditandis MEDIIS & EXEMPLIS manca fuit. Certe nemo Socratem, Xenophontem, Platonem, Senecam inſtar exempli proponet, qui Juvenalis

ſaty-

tem necessarias. lpse libidini totus deditus prae¬ *ter alia absurda beatitudinem, ut plurimum in cur¬* nis illecebris consistentem, post hanc vitam fuis pro¬ misit; etsi ex intuitu DEI majorem voluptatem obtentum iri fateatur. "Quod bonum itaque ha¬ „bet, christianae Religionis est: cui tamen fabu¬ „las de suo addidit." 3.) *Religio Philosophorum,* seu ut volunt, Ethica philosophorum *fundamentis* primis & *motivis Religionis* caret, certa scilicet notitia providentiae DEI:humanae libertatis, al¬ terius vitae praemiorum & suppliciorum, immor¬ talitatis. *Doctrina moralis* eorum aeque imperfe¬ cta est, quae officia erga parentes continens, ut plurimum officia summo omnium parenti DEO de¬ bita negligit, nihil de *adoratione DEI in spiritu* & *veritate*, nihil de *praecepto maximo caritatis,* ni¬ hil de referendis ad DEI gloriam actionibus, ni¬ hil de *humilitate interna,* & modestia in forman¬ dis de se ipso judiciis, nihil de praecepto ora¬ *tionis* memorans. Quodsi preces sundebant ad Superos, non virtutem, cujus auctores se ipsos fatebantur, sed vitam & opes postulabant. Hinc Horat. L. I Epist. 18. *Det vitam, det opes, aequum mi animum ipse parabo. Sapiens est,* ait Romanus Philosophus Paradox. 2., *qui est totus aptus ex se se, quique in se uno sua ponit omnia.* Idem quae¬ rit L. III de Nat. Deor. *Quis unquam de sua vir¬ tute Diis gratias egit?* Contra Christus suos edo¬ cet, quaerere primum regnum DEI (Matth. VI. 33.), & reliqua illis ultro adjicienda promittit. *Caritas proximi* vero apud Philosophos ultra prae¬ sentis vitae bona, aliis exoptanda, se non exten¬ debat. Sicut porro Religio Philosophorum defe¬ cit in OFFICIIS *declarandis*, ita multo magis in suppeditandis MEDIIS & EXEMPLIS manca fuit. Certe nemo Socratem, Xenophontem, Platonem, Senecam instar exempli proponet, qui Juvenalis

ſatyram 2dam, Lactantium de falſa ſapientia, S. Auguſtini L. 6. §. 10., Taciti annales &c. legerit. Solius Confutii vita doctrinæ ſanæ optime conſenſit; ſed ſunt, qui illum vel altiore illuſtratum lumine, vel, cum de ſola virtutis pulchritudine ſine diſtincta immortalitatis & vitæ futuræ notitia differeret, paucos imitatores conſtantes habuiſſe affirmant. Atqui præter Religionem Polytheiſmi, Mahometis, & Philoſophorum nulla alia datur, quæ cum chriſtiana componi poſſit. Ergo &c.

* Cum tantum interſit inter excellentiam chriſtianæ & philoſophicæ Religionis, mirum non eſt, paucos & vagos philoſophicæ, chriſtianæ vero totum pœne orbem conſenſiſſe. Vide Clem. Alex. in Lib. VI. Strom. edit. 1641. pag. 697. Itaque

** Nullus porro Theiſta audebit dicere, chriſtianam Religionem eſſe *ſuperfluam*, cum ad naturalem illuſtrandam & *neceſſaria* ſit, & plurimum ſola *conferat*. Sed quæ naturali ſuperaddat, videamus.

## ARTICULUS III.

### *Quænam Religio chriſtiana, quoad ſubſtantiam ſupernaturalis, Religioni naturali ſuperaddit?*

### §. 105.

„ Religio chriſtiana hominem elevat a ſtatu Re„ ligionis naturalis ad ſtatum Religionis ſuperna„ turalis, quæ a mere naturali differt principio, „ fine, motivis, mediis, & exemplis. “ Quoniam enim hominem ad ſtatum filii DEI adoptivi (§. 84. n. 2.) elevat, a mere naturali differt 1.) *principio*; hæc enim aliud principium non ſuppeditat

 quam

fatyram adam, Lactantium de falsa sapientia, S. Augustini L. 6. §. 10., Taciti annales &c. legerit. Solius Confutii vita doctrinae sanae optime con¬sensit; sed sunt, qui illum vel altiore ilustratum lumine, vel, cum de sola virtutis pluchritudine sine distincta immortalitatis & vitae futurae notitia differeret, paucos imitatores constantes habuisse affirmant. Atqui praeter Religionem Polytheismi, Mahometis, & Philosophorum nulla alia datur, quae cum chrstiana componi possit. Ergo &c.

* cum tantum intersit inter excellentiam christia¬nae & philosophicae Religionis, mirum non est, paucos & vagos philosophicae, christiana vero totum poene or¬bem consensisse. Vide Clem. Alex. in Lib. VI. Strom. edit. 1641. pag. 697. ltaque

** Nullus porro Theista audebit dicere, christia¬nam Religionem esse *superfluam*, cum ad naturalem illu¬strandam & *necessaria* sit, & plurimum sol *conferat*. Sed quae naturali superaddat, videamus.

## ARTICULUS III.

*Quaenam Religio christiana, quoad substantiam supernaturalis, Religioni naturali superaddit?*

§. 105.

"**R**elicio christiana hominem elevat a statu Re¬„ligionis naturalis ad statum Religionis superna¬"turalis, quae a mere naturali differt principio, "fine, motivis, mediis, & exemplis." Quoniam enim hominem ad statum filii adoptivi (§. 84. n. 2.) elevat, a mere naturali differt 1.) *prin¬cipio;* haec enim aliud principium non suppeditat

quam *rationis lucem*, *& liberi arbitrii naturalis vires.* At illa quoad ſubſtantiam ſupernaturalis, *principium quoque ſupernaturale, gratiam ſanctificantem, & connexa cum ea ſupernaturalis fidei, ſpei, & caritatis dona*, tanquam totidem actus liberi comprincipia, offert. Differt 2.) *fine.* Sicut enim actus, a tam nobili principio profecti, ſunt actus *filii* & *amici DEI*, non *ſervi*, ita correſpondens beatitudo non jam *mercedis*, ſed *hæreditatis* amico & filio conferendæ, & tanto patre dignæ rationem habebit. Differt 3,) *mediis*; facultati enim naturali intellectus & voluntatis ſuperaddit *gratias ſupernaturales*, illum quidem illuſtrantes, hanc vero commoventes, atque officiorum executionem prævenientes & comitantes; quas una cum dignitate filii DEI adoptivi nobis commeruit *Filius DEI naturalis*, efficaciſſimum imbecillitatis noſtræ *remedium factus.* Etſi enim gratuitam peccatorum veniam concedere ex innata bonitate DEUS potuiſſet, hæc tamen veniæ obtinendæ facilitas exiguo fortaſſe bono nobis fuiſſet. Itaque DEUS-Homo offenſam adæquare pretio volens *a*) ſanguine ſuo amiſſa filii adoptivi emolumenta nobis recuperavit. *b*) Idem, ut perpetuos gratiarum fontes aperiret, ſigna ſenſibilia, gratiam ſignificantia æque ac conferentia, inſtituit, *Baptiſmum* quidem, quo hæreditatis ac amicitiæ divinæ privilegium peccato originali oblatum, nobis reſtituitur, *Confirmationem*, quæ nos in poſſeſſione divinæ amicitiæ adverſus dæmonis inſidias corroborat, *Euchariſtiam*, quæ vitam ſpiritualem baptismate inchoatam, confirmatione munitam, continuat, *Pœnitentiam*, qua relapſis merita DEI-Hominis, gratiam DEI reſtituentia, denuo adplicantur, *Matrimonio* quoque vim Sacramenti addidit, quo & ſtatus hujus miſerias ſublevaret, & prolium educationi conſuleret: *Olei extremam unctio-*

*nem*

*quam rationis lucem, & liberi arbitrii naturalis vi¬*
res. Art illa quoad substantiam supernaturalils,
*principium quoque supernaturale, gratiam sanctifican¬*
*tem, & connexa cum ea supernaturalis fidei, spei,*
*& caritatis dona,* tanquam totidem actus liberi
comprincipia, offert. Differt 2.) *fine.* Sicut enim
actus, a tam nobili principio profecti, sunt actus
*filii & amici DEI*, non *servi,* ita correspondens
beatitudo non jam *mercedis*, sed *haereditatis* ami¬
co & filio conferendae, tanto patre dignae ra¬
tionem habebit. Differt 3,) *mediis*; facultati enim
naturali intellectus & voluntatis superaddit *gra¬*
*tias supernaturales*, illum quidem illustrantes, hanc
vero commoventes, atque officiorum executionem
praevenientes & comitantes; quas una cum di¬
gnitate filii DEI adoptivi nobis commeruit *Filius*
*DEI naturalis*, efficacissimum imbecilitatis nostrae
remedium factus. Etsi enim gratuitam peccatorum
veniam concedere ex innata bonitate DEUS po¬
tuisset, haec tamen veniae obtinendae facilitas exi¬
guo fortasse bono nobis fuisset. Itaque DEUS¬
Homo offensam adaeqere pretio volens *a)* fan¬
guine suo amissa filii adoptivi emolumenta nobis
recuperavit. *b)* Idem, ut perpetuos gratiarum
fontes aperiret, signa sensibilia, gratiam signifi¬
cantia aeque ac conferentia, instituit. *Baptismum*
quidem, quo haereditatis ac amicitiae divinae pri¬
vilegium peccato originali oblatum, nobis resti¬
tutr. Confirmationem, quae nos in possessione di¬
vinae amicitiae adversus daemonis infidias corrobo¬
rat, *Eucharistiam*, quae vitam spiritualem baptis¬
mate inchoatam, confirmatione munitam, conti¬
nuat, Poentitentiam, qua relapsis merita DEI- Ho¬
minis, gratiam DEI restituentia, denuo adplican¬
tur; Matrimonio quoque vim Sacramenti addidit,
quo status hujus miserias sublevaret, & pro¬
lium educationi consuleret: Olei extremam unctio¬

*nem* eo ſervire voluit, ut colluctantes cum extrema mortis agone adverſus ſpirituales hoſtes ſpeciali auxilio munirentur. Dein ut eſſent, qui hæc ſigna fidelibus adplicarent, inſtituit *Ordinem*, quo ſtabilis gradus poteſtatis ſigna iſta fidelibus adplicandi confertur. *c*) Ad ipſam Miniſtrorum ſucceſſionem, & doctrinæ puritatem conſervandam *quosdam ſui Vicarios* in congregatione fidelium reliquit, qui non ſolum *publicam doctorum ſcholam*, ſed & *ſacrum Principatum* ad Myſteriorum diſpenſatores conſtituendos regendosque repræſentant. *d*) His omnibus addidit *ſolemne promiſſum*, *omnia vota noſtra ſe exauditurum*. Differt 4.) *motivis nobiliſſimis*: namque 1.) elucet major *DEI amabilitas* ex beneficio *adoptionis*, 2.) *Majeſtas Numinis* ex Myſterio Trinitatis, *benevolentia infinita* ex decreto Incarnationis ac redemtionis, 3.) *amor DEI Filii* erga homines, ex ultimis malis erutos, gratitudinem ſummam exigit, 4.) *offenſæ divinæ gravitas* elucet ex malorum cumulo, quæ Chriſtus in propitiationem peccati ſubiit, 5.) *deſpicabilitas* hujus vitæ bonorum ex *humili* & *paupere* vivendi ratione, quam DEUS - Homo ſibi elegit, 6.) *æquanimitas* in ultimis vitæ malis ex *morte Salvatoris*, 7.) motiva *caritatis proximi* non jam ex ſimili natura repetuntur, ſed ex *communi adoptione*, quæ nos omnes ejusdem capitis membra, ejusdem Patris filios, ejusdem beatitudinis hæredes efficit, 8.) *motiva amoris proprii ordinati*, hoc eſt, odii ſapientis ſui ipſius ex ſimilitudine Chriſti crucifixi deducuntur. Differt 5.) EXEMPLIS. Nam DEUS - Homo *obediens* perfectiſſime DEO Patri, *exinaniniens* ſe ipſum, & in bonum hominum ſe totum *expendens*, exemplum triplicis officii abſolutiſſimum eſt erga DEUM, ſe ipſum, proximum.

ARTI-

*nem* eo servire voluit, ut colluctantes cum extre¬ ma mortis agone adversus spitituales hostes spe¬ ciali auxilio munirentur. Dein ut essent, qui haec siga fidelibus aplicarent, insituit *Ordinem*, quo stabilis gradus potestatis signa ista fidelibus adpli¬ candi confertur. c) Ad ipsam Ministrorum suc essionem, & doctrinae puritatem conservandam *quosdam fui Vicarios* in congregatione fidelium re¬ liquit, qui non solum *publicam doctorum scholam*, sed & *sacrum Principatum* ad Mysteriorum dispen¬ fatores constituendos regendosque repraesentant. d) His omnibus addidit *solemne promissum, om¬ nia vota nostra se exauditurum.* Differt 4.) *moti¬ vis nobilissimis:* namque 1.) elucet major *DEI amabilitas* ex beneficio *adoptionis*, 2.) *Majestas Numinis* ex Mysterio Trinitatis, *benevolentia infi¬ nita* ex decreto lncarnationis ac redemtionis, 3.) amor *DEI Filii* erga homines, ex ultimis malis erutos, gratitudinem summam exigit, 4.) *offensae* divinae gavitas elucet ex malorum cumulo, quae Christus in propitationem peccati subiit, 5.) *de¬ spicabilitas* hujus vitae bonorum ex *humili & pau¬ pere* vivendi ratione, quam DEUS- Homo sibi elegit. 6.) *aquanimitas* in ultimis vitae malis ex *morte Salvatoris.* 7.) motiva *caritatis proximi* non jam ex simili natura repetuntur, sed ex *communi* adaptione, quae nos omnes ejusdem capitis mem¬ bra, ejusdem Patris fililos, ejusdem beatitudinis haeredes efficit, 8.) *motiva amoris proprii ordina¬ ti,* hoc est, odii sapientis fui ipsius ex similitu¬ dine Christi crucifixi deducuntur. Differt 5.) EX¬ EMPLIS. Nam DEUS- Homo *obediens* perfectis¬ sime DEO Patri, *exinaniniens* se ipsum, & in bo¬ num hominum se totum *expendens* exemplum tri¬ plicis officii absolutissimum est erga DEUM, se ipsum, proximum.

## ARTICULUS IV.

### *Quam Religio ob ſublimitatem, ſanctitatem & utilitatem ſuam digna ſit Auctore DEO.*

§. 106.

„ Religio chriſtiana ſublimitate & ſapientia emi- „ net, adeoque DEO Auctore digna eſt." Eſt enim I. ſublimis 1.) *in Myſteriis*, qualia ſunt *DEUS Unus* in tribus Perſonis ſubſiſtens; DEUS - Homo genitus a Patre generatione inenarrabili, natus ex Virgine, mortuus in cruce, reſuſcitans ſe ipſum, & aſcendens in cœlum propria virtute, *corpus & ſanguis Chriſti* verum ſpiritualis vitæ nutrimentum, *poteſtas remittendi* peccata hominibus in homines conceſſa; *reſurrectio generalis* mortuorum in carne ad recipiendum ſecundum opera vel præmium vel ſupplicium æternum. Sublimis 2.) *in principio*, quod eſt gratia interna Chriſti, habitualis & actualis, quæ actiones noſtras condigno pretio inſignit. Sublimis 3.) *mediis*, quæ ſunt merita Chriſti per Sacramenta nobis adplicata, & cooperatio hominis cum gratia, ex illis ceu proprio fonte communicata. Sublimis 4.) *fine*, qui eſt beatitudo ſupernaturalis, ſecundum dona filiationis communis maxima. II. Nexus hic admirabilis Myſteriorum *DEI ſapientia* eſt digniſſimus. In his enim immenſus DEI amor erga homines ſe com mendat, media imperans efficaciſſima ad finem u timum conſequendum. Atqui media optima fini optimo præſtituere ſoli divinæ ſapientiæ proprium eſt. Contra ſi *hominem* hujus Religionis auctorem fingas, ſane capere nequeo, quomodo tanta ſapientia, quæ ex hac Religione relucet, cum peſſima impoſtoris fraudulentia combinari poſſit.

## ARTICULUS IV.

## Quam Religio ob sublitmitate, sanctitatem & utilitatem suam digna sit Auctore DEO.

§. 106.

"**R**eligio christiana sublimitate & sapientia emi¬
„net adeoque DEO Auctore digna est." Est enim
I. sublimis 1.) in *Mysteriis*, qualia sunt DEUS
*Unus* in tribus Personis subsistens, DEUS- Homo
genitus a Patre generatione inenarrabili, natus ex
Virgine, mortuus in cruce, resuscitans se ipsum,
& adcendens in coelum propria virtute,*corpus* &
*sanguis Christi* verum spiritualis vitae nutrimentum,
*potestas remittendi* peccata hominibus in homines
concessa; *refurrectio generalis* mortuorum in carne
ad recipiendum secundum opera vel praemium vel
supplicium aeternum. Sublimis 2.) *in principio*,
quod est gratia interna Christi, habitualis & actua¬
lis, quae actiones nostras condigno pretio insignit.
Sublimis 3.) *mediis*, quae sunt merita Christi per
Sacramenta nobis adplicata, & cooperatio homi¬
nis cum gratia, ex illis ceu proprio fonte commu¬
nicata. Sublimis 4.) *fine*, qui est beatitudo super¬
naturalis, secundum dona filiationis communis ma¬
xima. II. Nexus hic admirabilis Mysteriorum
*DEI sapientia* est dignissimus. In his enim immen¬
sus DEl amor erga homines se com mendat, me¬
dia imperans efficacissima ad finem timum con¬
sequendum. Atqui media optima fini optimo prae¬
stituere soli divinae sapientiae proprium est. Con¬
tra si *hominem* hujus Religionis auctorem fingas,
sane capere nequeo, quomodo tanta sapientia, quae
ex hac Religione relucet, cum pessima impostoris
fradulentia combinari possit.

* Lege Ill. Boſſuet diſc. ſur l' hiſt. univerſ. cap 19. edit. Pariſ. 1707. pag. 295. & ſeqq.

§. 107.

„ Sanctitas Religionis chriſtianæ eſt admira-„ bilis, & omnem impoſturæ ſuſpicionem ab au-„ ctore removet. " Nihil enim officiorum docere omittit, quæ ſeu ad ſubſtantiam ſeu ad perfectionem triplicis amoris illius, qui veræ ſanctitatis compendium eſt, referri poſſunt; porro nec intellectui, nec voluntati, nec ſenſibus blanditur, ſed inordinato adpetitui tota adverſatur; eadem maximis æque ac infimis ardua imponit. 2.) Chriſtus ipſe auctor hujus Religionis abſolutiſſimum omnium officiorum exemplum extitit, quin ullum temporale emolumentum quæſierit; non *gloriæ*, nam Regem ſe facere volentes effugit; non *divitiarum*, nam ultra neceſſitatem nihil accepit; non *deliciarum* vitæ, quam inter meras ærumnas duxit, & finiit. Ergo *nec ex parte officiorum*, nec ex parte *auctoris* alia niſi ſanctitatis, non item impoſturæ, indicia ſe produnt.

* DEUM, dices, haberi ſe voluit Chriſtus. *Sed* ſi fuit DEUS, tum ſane nihil ſapientius modo illo, quo credi talis quæſivit; ſi non fuit DEUS, tum nihil magis inſanum, quam DEI nomen quærere eo *modo*, quo honorem nullum ſperare prudenter potuit poſt mortem, & quo mala ultima vivus pertulit; atqui homo inſanus Chriſtus revera non fuit.

* * Dignam ſiquis de Religionis ſanctitate, ſapientia, ac ſuavitate ideam habere cupit, Legat P. Bourdaloüe ſermonem *ſur la ſageſſe* & la *Douceur* de la loix Chretienne Tom. I. pour le Dimanche de la ſeconde ſemaine du Careme.

§. 108.

* Lege III. Bossuet disc. fur l' hist. univers. cap 19. edit. Paris. 1707. pag. 295. & seqq.

§. 107.

„Sanctitas Religionis christianae est admira¬ „bilis, & omnem imposturae suspicionem ab au¬ „ctore removet." — Nihil enim officorum docere omittit, quae seu ad substantiam seu ad perfectio¬ nem triplicis amoris illius, qui verae sanctitatis copendium est, referri possunt; porro nec intel¬ lectui, nec voluntati, nec sensibus blanditur, sed inordinato anapetitui tota adversatur; eadem ma¬ ximis aeque ac infimis ardua imponit. 2.) Chri¬ stus ipse auctor hujus Religionis absolutissimum omnium officiorum exemplum extitit, quin ullum temporale emolumentum quaesierit; non *gloriae,* nam Regem se facere volentes effugit, non divi¬ tiarum, nam ultra necessitatem nihil accepit; non *deliciarum* vitae, quam inter meras aerumnas du¬ xit. & finiit. Ergo *nec ex parte officiorum*, nec ex parte *auctoris* alia nisi sanctitatis, non item im¬ posturae, indicia se produnt.

* DEUM, dices, haberi se voluit Christus. *Sed* si fuit DEUS, tum sane nihil sapientius modo illo, quo credi talis quaesivit; si non fuit DEUS, tum nihil magis insanum, quam DEl nomen quaerere eo *modo*, quo ho¬ norem nullum sperare prudenter potuit post mortem, & quo mala ultima vivus pertulit; atqui homo insanus Chri¬ stus revera non fuit.

** Dignam fiquis de Religionis sanctitate, sapien¬ tia, ac suavitate ideam habere cupit, Legat P. Borda¬ loüe sermonem sur la sagesse & la Douceur de la loix Cretienne Tom. I. pour le Dimanche de la seconde se¬ maine du Careme.

§. 108.

„ Religio chriſtiana, in quacunque obſcuri-„ tate Myſteriorum, mirabili tamen claritate pol-„ let. “ Omnis enim obſcuritas verſatur circa hæc duo, *cur* & *quomodo* res aliqua ſit, *quod* ſit, partim irrefragabili *DEI* revelantis auctoritate atteſtatum proponitur, partim in omni controverſia index infallibilis *Eccleſia* a DEO eſt conſtituta. Atqui hanc conſulere in adcurata Doctorum ſubordinatione omni difficultate caret. Inde eſt, quod quilibet parvulus chriſtianus de neceſſariis Religionis dogmatis magis ſit inſtructus, quam ſubtiliſſimus Philoſophus ſine Evangelio.

* Etſi hoc theorema contra chriſtianos acatholicos alios adcurate demonſtrabitur, tamen jam ad noſcendam legis chriſtianæ vere talis indolem eximie ſervit. Non enim quamcunque mutilam, ſed ſolum genuinam Religionem chriſtianam a DEO revelatam eſſe, oſtendendum eſt.

§. 109.

„ Religio chriſtiana eſt medium excellentius „ ad finem creationis a DEO obtinendum, quam „ Religio pure naturalis. “ Proponit enim tum excellentiorem cultum DEI tanquam *Patris*, tum majorem beatitudinem tanquam *hæreditatem*. Atqui gloria DEI & beatitudo hominum eſt finis ultimus. Finis vero ultimi excellentia ipſius Religionis excellentiam conſtituit. Religio enim, ceu medium aptiſſimum bonitatis ſuæ menſuram a nobilitate finis accipit. 2.) Docet DEUM Patrem cultu vere divino per *Sacrificium*, quo ſe DEI Filius per manus Miniſtri quotidie Patri offert, colere. 3.) Ipſos etiam *parvulos baptizatos* ad ſalutis communio-

§. 108.

„Religio christiana, in quacunque obscuri¬
„trate Mysterorum, mirabili tamen claritate pol¬
"let." Ommis enim obscuritas versatur circa
haec duo, cur & *quomodo* res aliqua sit, *quod* sit.
partim irrefragabili DEI revelantis auctoritate at¬
testatum proponitur, partim in omni controversia
index infalliblis *Ecclesia* a DEO est constituta. At¬
qui hanc consulere in adcurata Doctorum subor¬
dinatione omni difficultate caret. Inde est, quod
quilibet parvulus christianus de necessariis Religio¬
nis dogmatis magis sit instructus, quam subtilissi¬
mus Philosophus sine Evangelio.

* Etsi hoc theorema contra christianos acatholi¬
cos alios adcurate demonstrabitur, tamen jam ad noscen¬
dam legis christianae vere talis indolem eximie servit.
Non enim quamcunque mutilam, sed solum genuinam Re¬
ligionem christiana a DEO revelatam esse, ostenden¬
dum est.

§. .

„Religio christiana est medium excellentius
„ad finem creationis a DEO obtinendum, quam
„Religio pure naturalis." Proponit enim tum
excellentiorem cultum DEl tanquam *Patris*, tum
majorem beatitudinem tanquam *haereditatem.* Atqui
gloriaDEI & beatitudo hominum est finis ultimus.
Finis vero ultimi excellentia ipsius Religionis ex¬
cellentiam constituit. Religio enim, ceu medium
aptissimum bonitatis suae mensuram a nobiltate
fins accipit. 2.) Docet DEUM Patrem cultu ve¬
re divino per Sacrificium, quo se DEI Filius per
manus Ministri quotidie Patri offert, colere. 3.)
lpsos etiam parvulos baptizatos ad salutis commu¬

nionem admittit, de quorum ſorte nulla Religio pure naturalis abſolute quid docet.

## §. 110.

„ Religio chriſtiana, etſi falſa eſſet, tamen „ eſſet utiliſſima. “ Etſi enim falſa eſſet quoad ea, quæ Religioni naturali ſuperaddit; Chriſtus tamen plurimum præſtitiſſet, quod *idololatriam* paſſim eliminarit, prima *Religionis* principia ſtabilierit, multa ad *ſubſtantiam legis naturalis* ſpectantia declaravit (§. 99.); & univerſam *virtutis perfectionem* verbo & exemplo docuerit; ergo cum quoad dogmata Religionis naturalis falli non potuiſſet (ut ex Cap. I. ſupponitur), DEI gloriæ & hominum ſaluti plurimum conſuluiſſet.

* At *libertatem* ſtringit legis poſitivæ ſeveritas & *rationis* lumen. *Myſteriorum* altitudo offendit. *Sed* nunquid DEO ſubjacet *libertas & ratio*? Ergo in utramque tale DEO dominium competit, quale *major tua ipſius beatitudo* exigit. Sane dominium bonitate, & ſapientia maxime temperatum! lege partem 2dam orat. P. Ruaci, pour le Careme Tom. I. pour le Mercredi de la premiere *ſemaine, ſur la verité de la Religion chriſtienne.*

## §. 111.

„ Si revelata a DEO eſt chriſtiana Religio, „ non eſt in Religione mere naturali, nec alibi „ uſpiam, ulla ſalus ſine Chriſto. “ Eſt enim princeps dogma totius chriſtianæ Religionis, quod DEUS elevarit hominem ad ſtatum ſupernaturalem, cujus ita auctor eſt DEUS - Homo, ut teſte Apoſtolo non ſit in aliquo alio nomine ſalus.

nionem admittit, de quorum forte nulla Religio pure naturalis absolute quid docet.

§. 110.

„Religio christiana, etsi als esset, tamen "esset utilissima." Etsi enim falsa esset quoad ea, quae Religioni naturali superaddit; Christus tamen plurimum praestitisset, quod *idololatriam* passim eliminarit, prima *Religonis* principia stabi¬lierit, multa ad *substantiam legis naturalis* spectan¬tia declaravit (§. 99); & universam *virtutis per¬fectionem* verbo & exemplo docuerit; ergo cum quoad dogmata Religionis naturalis falli non po¬tuisset (ut ex Cap. I. supponitur). DEI gloriae & hominum saluti plurimum consuluisset.

*At *libertatem* stringit legis positivae severitas & rationis lumen. *Mysteriorum* altitudo offendit. *Sed* nun¬quid DEO subjacet *libertas & ratio*? Ergo in utram¬que tale DEO dominium competit, quale *major tua ip¬sius beatitudo* exigit. Sane dominium bonitate, & sapien¬tia maxim temperatum! lege partem 2am orat. P.Rua¬ci, pour le Careme Tom. I. pour le Mercredi de la pre¬miere *semaine, sur la verité de la Religion christienne.*

§. 111.

"Si revelata a DEO est christiana Religio, „non est in Religione mere naturali, nec alibi „upsiam, ulla salus fine Christo." Est enim prin¬ceps dogma totius christianae Religionis, quod DEUS elevarit hominem ad statum supernatura¬lem, cujus ita auctor est DEUS- Homo, ut teste Apostolo non sit in aliquo alio nomine salus.

§. 112.

„ Si revelata eſt a DEO chriſtiana Religio, „ non poteſt ejus revelatio ignorari citra culpam „ ab ullo homine quoad ea ſaltem, quæ ad ſalu- „ tem ſupernaturalem ſunt ſcitu neceſſaria. “ Voluit enim DEUS in præſente providentia omnes ſalvos fieri, intuitu meritorum Chriſti (§. præc.); ergo facienti, quod eſt in ſe, gratiam fidei neceſſariam non denegat; quod ſi ergo quis ſavore DEI tam ſolenniter promiſſo ſpoliari meretur, culpæ expers eſſe non poteſt.

§. 113.

„ Non poteſt a culpa excuſari, qui vel vi- „ tii amore vel tumore ingenii extremo omnia „ movet, ut ſe ab argumentis, Religionis chri- „ ſtianæ veritatem demonſtrantibus, expediat. “ Eſt enim revelatio Religionis chriſtianæ reſpectu omnium & ſingulorum (§. 54. n. 2. & 4.) beneficium DEI ſingulare. Atqui donis DEI non aliud magis obſtat, quam CONTEMTUS, ſeu a defectu libero intellectus, ſeu voluntatis oriatur (§. 9.).

§. 114.

„ Potuit Religio chriſtiana talis, qualis eſt, „ a DEO revelari. “ Eſt enim *ob ſublimitatem* (§. 106.), *ob ſanctitatem* (§. 107.), *ob claritatem* & *utilitatem* (§. 108.) ita DEO digna, ut & dogmata, & auctor dogmatum omnes Divinitatis characteres præſeferant.

* His poſſibilitatis divinæ revelationis characteribus fruſtra opponitur defectus *evidentiæ metaphyſicæ*. Namque hæc eſt impoſſibilis, cum revelatio conſtet ex *factis*, facta

"Si revelata est a DEO christiana Religio, "non potest ejus revelatio ignorari citra culpam „ab ullo homine quoad ea faltem, quae ad salu¬ „tem supernaturalem sunt scitu necessaria." Vo¬ luit enim DEUS in praesente providentia omnes salvos fieri, intuitu meritorum Christi (§. praec.); ergo facienti, quod est in se, gratiam fidei ne¬ cessariam non denegat; quod si ergo quis favore DEI tam solenniter promisso spoliari meretur, cul¬ pae expers esse non potest.

§. .

„Non potest a culpa excusari, qui vel vi¬ „tii amore vel tumore ingenii extremo omnia „movet, ut se ab argumentis, Religionis chri¬ "stianae veritatem demonstrantibus, expediat." Est enim revelatio Religionis christianae respectu omnium & singulorum (§. 54. n. 2.& 4.) be¬ neficium DEI singulare. Atqui donis DEI non aliud magis obstat, quam CONTEMTUS, seu a de¬ sectu libero intellectus seu voluntatis oriatur (§. 9.).

§. 114.

"Potuit Religio christiana talis, qualis est. "a DEO revelari." Est enim *ob sublimitatem* (§. 106.), *ob sanctitatem* (§. 107.), *ob claritatem & utilitatem* (§. 108.) ita DEO digna, ut & dogma¬ ta, & auctor dogmatum omnes Divinitatis chara¬ cteres praeseferant.

* His possibilitatis divinae revelationis characteri¬ bus frustra opponitur defectus *evidentiae metaphysicae.* Nam¬ quae haec est impossibilis, cum revelatio constet ex *factis*,

…cta autem nonniſi certitudinis moralis, ſi narratione aut phyſicæ, ſi viſu hauriantur, capacia ſunt. *Abſurda*, quæ opponunt, lubenter ad examen admittimus, modo nemo exigat, ut vel dogmata ab omni obſcuritate purgemus, vel ſcholarum lites ad dogma non pertinentes defendamus. Primum enim cum finitudine intellectus noſtri, alterum cum amore ſolius veritatis pugnat.

## ARTICULUS V.

### *Examen ſobrium præcipuorum dogmatum chriſtianæ Religionis.*

### §. I.

### *Difficultates metaphyſicæ.*

### §. 115.

Mysterium SS. Trinitatis impugnatur ſic: Myſterium hoc, ajunt, pugnare cum *principio* CONTRADICTIONIS; quia eſſet *DEUS unus, & non unus, trinus & non trinus*; 2.) idem Myſterium, ajunt, pugnare cum principio ARTIS SYLLOGISTICÆ, nimirum, *quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*. Nam *Pater eſt* DDUS, *Filius eſt* DEUS; *& tamen Pater non eſſet Filius*.

*Reſpond.* Quæ confundit ratio, revelatio diſtinguit. Certe hæ duæ propoſitiones: *DEUS eſt unus in eſſentia*: *DEUS eſt unus, ſed trinus in perſonis*, ſibi non contradicunt. Imo etiam ratione oſtendi poteſt *eſſentiam* a *perſonis* differre. Nam homo *unica* eſt *perſona*, & conſtat *duabus eſſentiis*, corpore, & anima. Porro *corpus* eſt *unum ſuppoſitum*, & tamen ex *innumerabilium* elementorum *eſſentiis* conſtat. 2.) Sed Myſterium hoc neque

facta autem nonnisi certitudinis moralis, si narratione aut physicae, si visu hauriantur, capacia sunt. *Absurda,* quae opponunt, lubenter ad examen amittimus, modo nemo exigat, ut vel dogmata ab omni obscuritate purgemus, vel scholarum lites ad dogma non pertinentes defenda¬ mus. Primum enim cum finitudine intellectus nostri, al¬ terum cum amore solius veritatis pugnat.

## ARTICULUS V.

*Examen sobrium praecipuorum dogmatum chri¬ stianae Religionis.*

§. 1.

*Difficultates metaphysicae.*

§. 115.

MYSTERIUM SS. TRINITATIS IMPUGNATUR sic: Mysterium hoc, ajunt, pugnare cum *princi¬ pio* CONTRADICTIONIS; quia esset DEUS *unus, & non unus, trinus & non trinus;* 2.) idem Myste¬ rium, ajunt, pugnare cum principio ARTIS SYL¬ LOGISTICAE, nimirum, *quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* Nam *Pater est DDUS, Filius est* DEUS; & *tamen Pater non esset Filius.*

*Respond.* Quae confundit ratio, revelatio di¬ stinguit. Certe hae duae propositiones: *DEUS est unus in essentia*: *DEUS est unus, sed trinus in personis*, sibi non contradicunt. lmo etiam ratio¬ ne ostendi potest *essentiam* a *personis* differre. Nam homo *unica* est *persona,* & constat *duabus essentiis,* corpore, & anima. Porro *copus* est *unum suppo¬ situm*, & tamen ex *innumerabilium* elementorm *essentiis* constat. 2.) Sed Mysterium hoc neque

cum altero principio pugnat. Nihil enim hoc principium aliud adſerit, quam *eſſe eandem rem inter ſe, quæ ſunt eadem res cum eodem tertio*, non vero eſſe *eandem* PERSONAM *inter ſe*, quæ *ſunt eadem res cum eadem tertio*. Adplicato hoc principio *bene* concludes: DEUS eſt eadem res cum Patre, idem DEUS eſt eadem res cum Filio; ergo *Filius eſt una res cum Patre*, non vero, *Filius eſt una perſona cum Patre*. Neque vero poteſt dici: *DEUS eſt una perſona cum Filio*. Vel enim vox DEUS ſumitur pro ſola eſſentia? Ergo quoniam eſſentia ſimpliciter perſona non eſt, ſenſus propoſitionis erit: eſſentia eſt una res cum perſona Filii; vel vox *DEUS* pro perſona ſumitur? & tunc ſenſus erit: *aliqua perſona eſt eadem perſona cum Filio*; vel vox *DEUS* pro omnibus perſonis ſumitur? Ergo ſic concludes: *complexum ex quatuor elementis eſt ignis: complexum ex quatuor elementis eſt aqua: ergo aqua eſt ignis.* Debet ergo evidenter diſtingui *idenditas* REALIS *ab idenditate* PERSONALI. Quoniam porro realiter diſtincta ſibi contradicunt, *Pater divinus nequaquam involvit in ſuo conceptu vere a parte rei negationem Filii.* Ergo etſi de Patre negetur idenditas perſonalis *cum* Filio, de eſſentia tamen divina adfirmatur idenditas realis cum Filio. 3.) *Explicatio* ipſa *Myſterii*, quomodo eſſentia a perſonis differat, requirit animum docilem & reverentem. Itaque nomen *DEI* docuit JESUS Chriſtus eſſe nomen *Patris*; qui, ceu prima veritas ſe ipſam intuens, hoc intuitu ſui ipſius generat *Filium*, qui, ceu reflexa totius veritatis illius cognitio, eſt imago *adæquata* Patris, Filius *unicus*, *ſplendor gloriæ*, & *figura ſubſtantiæ* Hebr. I. 3. Per hunc *directum intuitum* æque ac *reflexum*, & per *directum amorem*, tanquam principium adæquatum, exiſtit neceſſario reflexus amor mutuus Patris & Fi-

cum altero principio pugnat. Nihil enim hoc pincipium aliud adferit, quam *esse eandem rem inter se, quam sunt eadem res cum eodem tertio, non* vero esse *eandem PERSONAM inter se,* quae *sunt eadem res cum eadem tertio.* Adplicato hoc prin¬cipio *bene* cocludes: DEUS est eadem res cum Patre, idem DEUS est eadem res cum Filio; er¬go *Filius est una res cum Patre,* non vero, *Filius est una persona cum Patre.* Neque vero potest di¬ci: *DEUS est una persona cum Filio.* Vel enim vox DEUS sumitur pro sola essentiu? Ergo quo¬niam essentia simpliciter personan non est, sensus propositonis erit: essentia est una res cum per¬sona Filii; vel vox DEUS pro persona sumitur? & tunc sensus erit: *aliqua persona est eadem per¬sona cum Filio;* vel vox *DEUS* pro omnibus per¬sonis sumitur? Ergo sic concludes: *complexum ex quatuor elementis est ignis: complexum ex qua¬tuor elementis est aqua: ergo aqua est ignis.* De¬bet ergo evidenter distingui *idenditas REALIS ab* idenditate PERSONALI. Quoniam porro realiter di¬stincta sibi contradicunt, *Pater divinus nequaquam involvit in suo conceptu vere a parte rei negationem Filii*. Ergo etsi de Patre negetur idenditas per¬sonalis cum Filio, de essentia tamen divina adfir¬matur idenditas realis cum Filio. 3.) *Explicatio* ipsa *Mysterii*, quomodo essentia a personis diffe¬raft, requirit animum docilem & reverentem. Ita¬que nomen DEI docuit JESUS Christus esse no¬men Patris; qui, ceu prima veritas se ipsam in¬tuens, hoc intuitu sui ipsius generat *Filium,* qui, ceu reflexa totius veritatis illius cognitio, est ima¬go adaequata Patris. Filius *unicus, splendor glo¬riae,* & figura substanti Hebr. I. 3. Per hunc *directum intuitum* aeque ac *reflexum,* & per *dire¬ctum amorem,* tanquam principium adaequatum, existit necessario reflexus amor mutuus Patris &

Filii, h. e. *Spiritus ſanctus*, infinitæ illorum amabilitati commenſuratus, atque unione æterna unitus. Quid repugnat in hoc conceptu? an DEUS, *conſcientia infinita* omnis boni, ſe ipſum intueri non poterit? an intuitus ſui ipſius non erit infinitudini objecti adæquatus? en *neceſſitatem æternæ generationis Verbi*, quod, quia intellectivum eſt, & Patri ſimillimum, Filius dicitur. Porro ex reflexo ſui ipſius intuitu non poteſt non conſequi gaudium reflexum. En *neceſſitas divinæ ſpirationis*! In hoc jam Myſterio *una eſt eſſentia*, quia in infinitudine, omnes negationes excludente, nulla realis diſtinctio concipi poteſt. Sunt vero *tres perſonæ*, Pater ceu *conſcientia prima*, Filius ceu *conſcientia reflexa*, Spiritus S. ceu *amor reflexus*, quia tres ſunt in DEO ſtatus conſtantes origine diverſi. Pater enim a ſe ipſo, Filius ex Patre, ex utroque Spiritus S., diverſam quælibet perſona originem habet. Unde diſtinctio perſonalis idenditati reali non opponitur. 4.) Hujus Myſterii imaginem in ipſa mente deprehendimus. Mens enim noſtra *per primam conſcientiam* ſit rerum extra ſe poſitarum conſcia ope ſenſus interni, ſui adhuc velut ignara. Mox in hunc primum intuitum convertens de novo intuitum ſuum, ope ſenſus intimi *per ſecundam conſcientiam* ſui ipſius ſit conſcia, h. e. reflexo ſui intuitu ſui ipſius imaginem (quemdam quaſi filium) producit. Præterea ſicuti conſcientiæ primæ in mente noſtra ſæpe reſpondet amor directus, ſic conſcientiæ ſecundæ *amor reflexus*, ſeu conatus intuitum reflexum continuandi, reſpondet. Quoniam porro perſona eſt immutabilis ſubſtantiæ intellectualis ſtatus, in mente autem humana conſcientia prima, ſecunda, & amor reflexus perpetuo mutabiles ſunt, propterea *in mente tres perſonæ diſtingui non poterunt*. Dein nec cognitio reflexa

 men-

Filii, h.e. *Spiritus sanctus,* infinite illorum ama¬ bilitati commensuratus, atque unione aeterna uni¬ tus. Quid repugnat inhoc conceptu? an DEUS, *conscientia infinita* omnis boni; se ipsum intueri non poterit? an intuitus fui ipsius non erit infi¬ nitudini objecti adaequatus? en *necessitatem aeternae generationis Verbi*, quod, in intellectivum est, & Patri simillimum, Filius dicitur. Porro ex re¬ flexo fui ipsius intuitu non potest non consequi gaudium reflexum. En *necessitas divinae spiratio¬ nis!* In hoc jam Mysterio *una est essentia,* quia in infinitudine, omnes negationes excludente, nul¬ la realis distinctio concipi potest. Sunt vero *tres personae,* Pater ceu *conscientia prima,* Filius ceu *conscientia reflexa,* Spiritus S. ceu *amor reflexus,* quia tres sunt in DEO status constantes origine diversi. Pater enim a se ipso, Filius ex Patre, ex utroque Spiritus S., diversam quaelibet per¬ sona originem habet. Unde distinctio personalis idenditati reali non opponitur. 4.) Hujus My¬ sterii imaginem in ipsa mente deprehendimus. Mens enim nostra *per primam conscientiam* sit re¬ rum extra se positarum conscia ope sensus inter¬ ni, fui adhuc velut ignara. Mox in hunc pri¬ mum intuitum convertens de novo intuitum suum, ope sensus intimi *per secundam conscientiam* fui ip¬ sius sit conscia, h. e. reflexo fui intuitu fui ip¬ sius imaginem (quemdam quasi filium) producit. Praeterea sicuti conscientiae primae in mente no¬ stra saepe respondet amor directus, sic conscien¬ tiae secundae *amor reflexus*, seu conatus intuitum reflexum continuandi, respondet. Quoniam por¬ ro persona est immutabilis substantiae intellectua¬ lis stutus, in mente autem humana conscientia pima, secunda, & amor reflexus perpetuo mu¬ tabiles sunt, propterea *in mente tes personae di¬ stingui non poterunt*. DEIN nec cognitio reflexa

mentis noſtræ cognoſcibilitatem, nec amor reflexus omnem ejus nobilitatem exhaurit. Discrimen ergo mentis cogitantis, amantisque ſe ipſam, & DEI ſe reflexe intuentis eſt duplex, quod actio mentis *& finita, & mutabilis*, actio vero DEI *infinita, & immutabilis* ſit. Similitudo vero in hoc conſiſtit, quod & actio mentis & actio DEI ſit *immanens*, & tres ſtatus mentis, ſicut tres ſtatus DEI, *realiter ab eſſentia*, cui inſunt, non distinguantur, etſi *realiter* diversi ſunt.

## §. 116.

*Myſterium Incarnationis Verbi ſic impugnant Theiſtæ.* Non poteſt concipi, quomodo DDUS immutabilis & homo mutabilis, infinite perfectus, & miſeriis multis ſubjectus in unum ſuppoſitum unione vera phyſica conjungantur.

*Reſpond.* Fateris forſan cum D. Jacque Rouſſeau, te mentis humanæ cum corpore commercium capere non poſſe, nec tamen illud negas; ergo neque Incarnationem negare convenit, etſi non capias; præſertim cum in commercio mentis cum corpore congrua imago ipſius Incarnationis inveniatur. Commercii *explicationem* exhibet Pſychologia D. Stattler (§. 369.), *adplicatio* ejusdem ad Incarnationis Myſterium ſane obvia eſt. Itaque 1.) unio mentis noſtræ cum corpore naſcitur ex proxima & ſtabili diſpoſitione mutuo in ſe agendi. 2.) In hac unione phyſica mens ſimplex, ſpiritualis, incorruptibilis cum corpore compoſito, materiali, corruptibili compoſitum phyſicum conſtituit, ſpirituale & corporeum, corruptibile & incorruptibile, animale & intelligens. 3.) Pariter ergo credimus divinum Verbum efficere unum compoſitum phyſicum cum Humanitate, quatenus

vi

mentis nostrae cognoscibilitatem, nec amor refle¬
xus omnem ejus nobilitatem exhaurit. DISCRI¬
MEN ergo mentis cogitantis, amantisque se ip¬
sam, & DEI se reflexe intuentis est duplex, quod
actio mentis & *finita, & mutabilis*, actio vero DEI
*infinita*, & *immutabilis* sit. SIMILITUDO vero in
hoc consistit, quod & actio mentis & actio DEI
sit *immanens*, & tres status mentis, sicut tres sta¬
stus DEI, *realiter ab essentia,* cui insunt, non DI¬
STINGUANTUR, etsi *realiter* DIVERSI sunt.

§. 116.

*Mysterium Incarnationis Verbi sic impugnant Theistae.* Non potest concipi, quomodo DDUS
immutabilis & homo mutabilis, infinite perfectus,
& miseriis multis subjectus in unum suppositum
unione vera physica conjungantur.

*Respond*. Fateris forsan cum D. Jacque Rous¬
seau, te mentis humanae cum corpore commer¬
cium capere non posse, nec tamen illud negas;
ergo neque lncarnationem negare convenit, etsi
non capias; praesertim cum in commercio mentis
cum corpore congrua imago ipsius lncarnationis in¬
venitur. Commercii *explicationem* exhibet Psycho¬
logia D. Stattler (§. 369), *adplicatio* ejusdem ad
Incarnationis Mysterium sane obvia est. ltaque
1.) unio mentis nostrae cum corpore nascitur ex
proxima & stabili dispositione mutuo in se agen¬
di. 2) In hac unione physica mens simplex, spi¬
ritualis, incorruptibilis cum corpore composito,
materiali, corruptibili compositum physicum con¬
stitut, spirituale & corporeum, corruptibile &
incorruptibile, animale & intelligens. 3.) PARI¬
TER ergo credimus divinum Verbum efficere unum
compositum physicum cum Humanitate, quatenmus

vi decreti divini Verbum Humanitati conſtanter eſt adplicatum ad exercendas in ipſa ſtabiles actiones. 4.) Ex hac unione oritur compoſitum ex DEO & homine, ex Filio DEI, genito ante ſecula in ſinu Patris, & ex Filio Mariæ genito in tempore &c. 5.) Discrimen eſt hoc, quod in homine detur *actio mutua* corporis & animæ, in Chriſto tantum *actio non mutua* Divinitatis in Humanitatem, non item hujus in illam, actionis recipiendæ incapacem. 6.) Inde est, quod Humanitas, perpetuo Divinitatis influxu beata, in immenſum elevetur, nec Divinitas, mutationis recipiendæ incapax, deprimatur. 7.) Inde porro eſt, quod actiones Humanitatis ſint ſimul actiones Divinitatis ceu comprincipii, & Chriſti merita, pretii infiniti rationem acquirant.

## §. II.

## *Repugnantiæ phyſicæ.*

### §. 117.

*Myſterium SS. Euchariſtiæ impugnant.* Senſus, inquiunt, ſunt criterium de rerum corporearum exiſtentia; atqui hoc dogma jubet credere, non eſſe panem & vinum, ubi panem *video, tango, olfacio, guſto.* 2.) Homo - DEUS debet credi eſſe præſens *eodem* momento in *millione* locorum ſub *qualibet* parte hoſtiæ.

*Reſpond.* Senſuum tamdiu verum eſt teſtimonium, quamdiu rerum corporearum actionibus in organa noſtra ſe non immiſcet DEI omnipotentia. Atqui DEUS *omnipotens* poterit etiam, ſublato pane & vino, utriusque actionem in organa virtute ſua ſupplere; idemque *veraciſſimus* nos ne-

vi decreti divini Verbum Humanitati constanter est adplicatum ad exercendas in ipsa stabiles actio¬ nes. 4.) Ex hac unione oritur compositum ex DEO & homine, ex Filio DEI, genito ante se¬ cula in sinu Patris, & ex Filio Mariae genito in tempore &c. 5.) DISCRIMEN est hoc, quod in homine detur *actio mutua* corporis & animae, in Christo tantum *actio non mutua* Divinitatis in Hu¬ manitatem, non item hujus in illam, actionis re¬ cipiendae incapacem. 6.) INDE EST, quod Hu¬ manitas, perpetuo Divinitatis influxu beata, in immensum elevetur, nec Divinitas, mutationis recpiendae incapax, deprimatur. 7.) INDE POR¬ RO est, quod actiones Humanitatis sint simul actio¬ nes Divinitatis ceu comprincipii, & Christi me¬ rita, pretii infiniti rationem acquirant.

§ II.

*Repugnantiae physicae.*

§. 117.

*Mysterium SS. Eucharistiae impugnant.* Sensus, inquiunt, sunt criterium de rerum corporearum existentia; atqui hox dogma jubet credere, non esse panem & vinum, ubi panem *video, tango, ol¬ facio, gusto*. 2.) Homo- DEUS credi esse praesens *eodem* momento in *millione* locorum sub *qualibet* parte hostiae.

*Respond*. Sensuum tamdiu verum est testi¬ monium, quamdiu rerum corporearum actionibus in organa nostra se non immiscet DEI omnipo¬ tentia. Atqui DEUS *omnipotens* poterit etiam, sub¬ lato pane & vino, utriusque actionem in organa virtute sua supplere; idemque veracissimus nos ne¬

quaquam decipere dicendus erit, cum de interventu omnipotentiæ ſuæ nos tam diſtincte admoneat. *Hoc ergo ſenſuum ſacrificium divinæ veracitati omnino præſtandum eſt.*

*Ad 2dum reſp. Modus*, quo DEUS - Homo præſens eſt, ad dogma non pertinet. 2.) Nulla poteſt oſtendi contradictio in *replicatione*: quæ eſt coexiſtentia unius cum multiplici diſcrimine coexiſtendi reſpectu aliorum exiſtentium. 3.) *Compenetratione* vero prorſus opus non eſt ad explicandam præſentiam Chriſti. Ergo ſufficit, quod de MODO contradictionem non oſtendat ratio, & de EXISTENTIA DEUS auctoritate ſua teſtetur.

## §. 118.

„ Ignis inferni damnatorum ſpiritus torquen„ tis dogma a repugnantia eſſe immune oſtendi„ tur. " Dicunt, ſpiritum ab igne torqueri non poſſe, quia hoc omnium captum excedit.

*Reſpond.* Non poteſt a te diſtincte exponi, quomodo mens cum corpore conjuncta dolorem aduſti corporis ſentiat; nec tamen negas, ab anima dolorem ſentiri. Jam vero, commercii animæ cum corpore, & mutationum evenientium rationem vel repetis cum Cartheſio *a DEO efficiente*? Ergo, ſi DEUS in anima corpori conjuncta doloris ſenſum efficere poteſt, eundem efficere poterit in anima ſeparata; vel *ab harmonia præſtabilita*? Ergo ſi anima ipſa nunc poteſt efficere ſenſum doloris, etiam ſeparata a corpore poterit; vel denique *ab influxu mutuo?* Ergo ſi elementa ignem conſtituentia mediantibus organis in animam agere queunt, etiam immediate poterunt.

§. III.

quaquam decipere dicendus erit, cum de interventu omnipotentiae suae nos tam distincte admoneat. *Hoc ergo sensuum sacrificium divinae veracitati omnino praestandum est.*

*Ad 2dum resp. Modus,* quo DEUS- Homo praesens est, ad dogma non pertinet. 2.) Nulla potest ostendi contradictio in *replicatione*: quae est coexistentia unius cum multiplici discrimine coexistendi respectu aliorum existentium. 3.) *Compenetratione* vero prorsus opus non est ad explicandam praesentiam Christi. Ergo sufficit, quod de MODO contradictionem non ostendat ratio, & de EXISTENTIA DEUS auctoritate sua testetur.

§. 118.

„Ignis inferni damnatorum spiritus torquen„tis dogma a repugnantia esse immune ostendi"tur. — Dicunt, spiritum ab igne torqueri non posse, quia hoc omnium captum excedit.

*Respond.* Non potest a te distincte exponi, quomodo mens cum corpore conjuncta dolorem adusti corporis sentiat; nec tamen negas, ab anima dolorem sentiri. Jam vero, Commercii animae cum corpore, & mutationum evenientium rationem vel repetis cum Carthesio *a DEO efficiente*? Ergo, si DEUS anima corpori conjuncta doloris sensum efficere potest, eundem efficere poterit in anima separata: vel *ab harmonia praestabilita?* Ergo si anima ipsa nunc potest efficere sensum doloris, etiam separata a corpore poterit; vel denique *ab influxu mutuo*? Ergo si elementa ignem constituentia mediantibus organis in animan agere queunt, etiam immediate poterunt.

## §. III.

### *Abſurda moralia.*

## §. 119.

*Myſterium Crucis a ſtultitiæ præjudicio defenditur.* Summa virtus est, quæ præter DEUM, ad quem omnia refert, in hac vita habet nihil, & ab ingratis hominibus loco mercedis novas inſectationes ferens, nova illis beneficia conferat, donec benefaciendo malum ultimum ſibi conſciſcat. Atqui talis eſt virtus JESU Chriſti, qui, poſtquam, benefaciendo omnibus, regiones pertranſibat, inter extrema ſupplicia ex hominum conſortio exturbatur, ab hominibus & DEO derelictus, qui media inter tormenta cauſſam carnificum tuendam ſuſcipit, qui ut virtutis ſummæ exemplum efficaciſſimum proponeret, immolatus in cruce, ſuam falli neſciam de virtute heroica æſtimationem toti mundo manifeſtavit, & ſanguine conſignavit. 2.) Quodſi crucis conſpectus dubium de *Divinitate* Crucifixi injiciat, vitæ innocentia, virtutis conſtantia inter extremos dolores & opprobria, inimicorum amor heroicus, miracula mortem inſecuta, & reſurrectionis gloria, *fidem de Divinitate confirmant.* 3.) Ut JESUS Chriſtus *Mediatoris munus* inter DEUM & homines compleret; ut ſe ipſum in *omnium ſacrificiorum locum ſubſtitueret*, tanquam *victimam valoris, meriti, & dignitatis infinitæ*, ut *chyrographum peccati noſtri* ipſus deleret, & *novum* inter DEUM Patrem, & homines *Religionis commercium* fundaret: ipſe Filius illud pretium, quod valorem ab *unione Divinitatis* mutuat, *in Humanitate* DEO obtulit. Jam vero Humanitatis Divinitati unitæ ſacrificium *Crux* nobis exhibet. Eſt itaque Crucis Myſterium *virtu-*

## §. III.

### *Absurda moralia.*

## §. 119.

*Mysterium Crucis a stultitiae praejudicio defenditur.*

SUMMA VIRTUS EST, quae praeter DEUM, ad quem omnia refert, in hac vita habet nihil, & ab ingratis hominibus loco mercedis novas inse¬ctationes ferens, nova illis beneficia conferat, do¬nec benefaciendo malum ultimum sibi consciscat. Aqui talis est virtus JESU Christi, qui, post¬quam, benefaciendo omnibus, regiones pertransi¬bat, inter extrema supplicia ex hominum consor¬tio exturbatur, ab hominibus & DEO derelictus, qui media inter tormenta caussam carnificium tu¬endam suscipit, qui ut virtutis summae exemplum efficacissimum proponeret, immolatus in cruce, suam falli nesciam de virtute heroica aestimatio¬nem toti mundo manifestavit, & sanguine consi¬gnavit. 2.) Quodsi crucis conspectus dubium de *Divinitate* Crucifixi injiciat, vitae innocentia, vir¬tutis constantia inter extremos dolores oppro¬bria, inimicorum amor heroicus, miracula mor¬tem infecuta, & refurrectionis gloria, *fidem de Di¬vinitate cofirmant.* 3.) Ut JESUS Christus *Me¬diatoris munus* Unter Ellll homines compleret; ut se ipsum in *onmium sacrificiorum locum substi¬tueret*, tanquam *victimam valoris, meriti, & di¬gnitatis infinitae,* ut *chyrographum peccati nostri* ip¬fus deleret, & novum inter DEUM Patrem, & homines *Religionis commercium* fundaret: ipse Fi¬lius illud pretium, quod valorem ab *unione Di¬vinitatis* mutuat, *in Humanitate* DEO obtulit. Jam vero Humanitatis Divinitati unitae sacrificium *Crux* nobis exhibet. Est itaque Crucis Mysterium vir¬

*tutis ſummæ* ſpectaculum (n. 1.), *Divinitatis teſtimonium* (n. 2.), & *ſacrificii pretioſiſſimi complementum*, h. e. BONITATIS & SAPIENTIÆ divinæ prodigium (n. 3.).

## §. 120.

*Doctrina catholica de peccato originali, a ſiniſtris præjudiciis purgata, defenditur.* Quoniam vix ullus ex inimicis chriſtianæ Religionis ſubſtantiam doctrinæ de peccato originali ab extraneis ſcholarum ſcientiis ſejunctam ſatis cognoverit, juvat orthodoxæ fidei capita præmittere. Itaque

1.) Sola revelatio diſtincte docet, nos omnes ex uno communi parente Adamo natos eſſe.

2.) Docet eadem, DEUM decreviſſe pro fine ultimo beatitudinem creaturarum rationalium, in OBSEQUIO & præmio AMICI repoſitam.

3.) Statuiſſe idcirco homini cuique naſcituro privilegia duo, amicitiæ hujus divinæ ſtatui congrua, naturæ tamen per ſe indebita, conferre, ſi Adamus obedientia ſibi & ſuis poſteris jus ad illa privilegia, ex DEI promiſſo ortum, firmaret. *Primum privilegium* erat immunitas a quibusdam imbecillitatibus tum *corporis*, uti morbis, & morte, tum *animi*, nempe concupiſcentia habituali, rationis intuitum præveniente. Jam vero quia ipſa adpetitus ſenſitivi inordinatio ex titillatione carnis & organorum ſenſoriorum naſcitur, immunitas a concupiſcentia quamdam carnis ſanitatem, in poſteros transmittendam, ſupponebat. *Alterum privilegium* erat ipſa amicitiæ divinæ dignitas, conjuncta cum aptitudine, DEO cultum Filii exhibendi, & nobis beatitudinem inſtar hæreditatis merendi.

4.) Aſt

*tutis summae* spectaculum (n. 1.). *Divinitatis testi¬
monium* (n. 2.), & *sacrificii pretiosissimi complemen¬
tum,* h.e. BONITATIS & SAPIENTIAE divinae pro¬
digium (n. 3.).

§. 120.

*Doctrina catholica de peccato originali, a si¬
nistris praejudiciis purgata, defenditur.* Quoniam
vix ullus ex inimicis christianae Religionis sub¬
stantiam doctrinae de peccato originali ab extra¬
neis scholarum scientiis sejunctam fatis cognove¬
rit, juvat orthodoxae fidei capita praemittere. Ita¬
que

1.) Sola revelatio distincte docet, nos om¬
nes ex uno communi parente Adamo natos esse.

2.) Docet eadem, DEUM decrevisse pro fi¬
ne ultimo beatitudinem creaturarum rationalium.
in OBSEQUIO & praemio AMICI repositam.

3.) Statuisse idcirco homini cuique nascitu¬
ro privilegia duo, amicitiae hujus divinae statui
congrua, naturae tamen per se indebita, confer¬
re, si Adamus obedientia sibi & fuis posteris jus
ad illa privilegia, ex DEI promisso ortum, firma¬
ret. *Primum privilegium* erat immunitas a
quibusdam imbecillitatibus tum *corporis*, uti mor¬
bis, & morte, tum *animi*, nempe concupiscentia
habituali, rationis intuitum praeveniente. Jam
vero quia ipsa adpetitus sensitivi inordinatio ex
titillatione carnis & organorum sensoriorum nasci¬
tur, immunitas a concupiscentia quamdam carnis
fanitatem, in posteros transmittendam, suppone¬
bat. *Alterum privilegium* erat ipsa amicitiae divi¬
nae dignitas, conjuncta cum aptitudine, DEO cul¬
tum Filii exhibendi, & nobis beatitudinem instar
haereditatis merendi.

4.) Aſt Adamus præceptum DEI transgreſſus utriusque privilegii jacturam ſibi & poſteris conſcivit. Explicato jam *dogmate*, ex Doctorum & Scholarum ſententiis circa *naturam* peccati originalis definiendam, quid nobis videatur veriſimilius, ſubjiciamus.

5.) Sententia S. Auguſtini (prout eam refert Edmundus Simonet Tom. I. Tract. V. Diſp. 5. Art. 9.) „ hæc eſt, conſiſtere peccatum origi„ nale in concupiſcentia, prout nobis a primo in„ ſtanti conceptionis imputabilis eſt, per reatum „ ab ea diſtinctum; qui baptiſmo tolli poſſit, re„ manente concupiſcentia, ita, ut ceſſet eſſe im„ putabilis. Ex his illud jam ad dogma pertinet, „ reatum illum ſingillatim omnibus proprium eſſe, „ & tolli per baptiſmum a concupiſcentia. " In quo porro conſiſtat ille reatus a concupiſcentia ſeparabilis, eſt quæſtio mere ſcholaſtica.

6.) Hunc reatum communis Recentiorum ſententia conſtituit in actuali peccato Adami, quatenus id moraliter cuique proprium eſt; fit autem moraliter proprium per decretum DEI, omnes poſterorum voluntates voluntati Adami ſic includentis, ut, quidquid ipſe elegiſſet, a nobis volitum æſtimatione DEI haberetur. Jam vero hæc explicatio cum diſtinctis notionibus *voluntarii, imputationis, demeriti moralis*, combinari nequit. Nam aliena voluntas non poteſt eſſe mihi moraliter propria, niſi in eam libera actione mea ſeu inſtar principii liberi ejusdem influam. Atqui influere in voluntatem Adami actione libera poſteri non potuere, utpote voluntate eorum nondum exiſtente.

7.) Eſt ergo altera ſententia, vulgo Thomiſtarum propria, in Tridentino cum applauſu propoſita (Pallavii in Hiſt. Conc. Trid. Lib. VII. cap. 8.

4.) Ast Adamus praeceptum DEI transgres¬
sus utriusque privilegii jacturam sibi & posteris
conscivit. Explicato jam *dogmate*, ex Doctorum
& Scholarum sententiis circa *naturam* peccati ori¬
ginalis definiendam, quid nobis videatur verisimi¬
lius, subjiciamus.
5.) Sententia S. Augustini (prout eam re¬
fert Edmundus Simonet Tom. I. Tract. V. Disp.
5. Art. 9) ,, haec est, consistere peccatum origi¬
„ nale in concupiscentia, prout nobis a primo in¬
" stanti conceptionis imputabilis est, per reatum
„ ab ea distinctum; qui baptismo tolli possit, re¬
„ manente concupiscentia, ita, ut cesset esse im¬
„ putabilis. Ex his illud jam ad dogma pertinet,
" reatum illum singillatim omnibus proprium esse,
„ & tolli per baptissmum a concupiscentia." In
quo porro consistat reatus a concupiscentia se¬
parabilis, est quaestio mere scholastica.
6.) hunc reatum communis Recentiorum
sententia constituit in actuali peccato Adami, qua¬
tenus id moraliter cuique proprium est; sit au¬
tem moraliter proprium per decretum DEI, om¬
nes posterorum voluntates voluntati Adami sic in¬
cludentis, ut, quidquid ipse elegisset, a nobis vo¬
litum aestimatione DEl haberetur. Jam vero haec
explicatio cum distinctis notionibus *voluntarii, im*
putationis demeriti moralis, combinari nequit. Nam
aliena voluntas non potest esse mihi moraliter pro¬
pria, nisi in eam libera actione mea seu instar
principii liberi ejusdem influam. Atqui influere
in voluntatem Adami actione libera posteri non po¬
tuere, utpote voluntate eorum nondum existente.
7.) Est ergo altera sententia, vulgo Thomi¬
starum propria, in Tridentino cum applausu pro¬
posita (Pallavii in Hist. Conc. Trid. Lib. VII. cap. 8.

num. 3. & 4.), quæ originalis peccati naturam *in privatione originalis juſtitiæ* ſic conſtituit, ut concupiſcentiæ immoderatio hujus peccati *materiam*, defectus originalis juſtitiæ *formam* ejusdem conficiat. Sic ergo DEUS ſtatuiſſe ſecum exiſtimari debet. „ Adam! ego te in integritate na„turæ, & in gratia ſanctificante condidi. Si mi„hi obedis, hæc duo dona tibi & poſteris ſer„vas; ſi non obedis, tibi & poſteris ea perdis. „ Certe hæc dona nec tuæ, nec poſterorum na„turæ debita ſunt; ergo ſi ob peccatum tuum „ poſteri utroque dono excidunt, favoribus ſibi „ indebitis carebunt. “ His præſuppoſitis

I. Eſſentia peccati originalis conſiſtit in hoc, quod *homo ſit medium de ſe ineptum ad finem ultimum.* Concupiſcentia enim eſt defectus naturæ; ergo ſi gratia ſanctificans hunc defectum non ſupplet, homo eſt ineptum medium ad beatitudinem.

II. Quoniam ergo peccatum univerſe eſt defectus medii a fine, defectus autem vel liber, vel mere phyſicus eſſe poteſt: „ peccatum originale, „ quatenus nobis proprium eſt, defectus phyſicus, „ peccatum phyſicum eſt, quatenus vero Adamo „ ineſt, defectus moralis, peccatum morale eſt. “

III. „ Sola concupiſcentia non conſtituit pec„catum originale; “ ſi enim conjuncta eſt cum gratia ſanctificante, homo non jam eſt medium ineptum ad finem. Atqui in defectu hujus aptitudinis conſiſtit eſſentia peccati originalis (I.); hinc eſt, quod per baptiſmum tollatur peccatum originale, & tamen remaneat concupiſcentia.

IV. Peccatum originale ſupponit *concupiſcentiam*, 2.) *defectum gratiæ ſanctificantis*, 3.) quod

num. 3. & 4.), quae originalis peccati naturam *in privatione originalis justitiae* sic constituit, ut concupiscentiae immoderatio hujus peccati *materiam*, defectus originalis justitiae *formam* ejusdem conficiat. Sic ergo DEUS statuisse secum existimari debet. "Adam! ego te in integritate na¬
„turae, & in gratia sanctificante condidi. Si mi¬
„ hi obedis, haec duo dona tibi posteris fer¬
„vas; si non obedis, tibi & posteris ea perdis.
„Certe haec dona nec tuae nec posterorum na¬
„turae debita sunt; ergo si ob peccatum tuum
"posteri utroque dono excidunt, favoribus sibi
„indebitis carebunt." — His praesuppositis

I. Essentia peccati originalis consistit in hoc, quod homo sit medium de se ineptum ad finem ultimum. Concupiscentia enim est defectus naturae; ergo si gratia sanctificans hunc defectum non supplet, homo est ineptum medium ad beatitudinem.

II. Quomiam ergo peccatum universe est defectus medii a fine, defectus autem vel liber vel mere physicus esse potest: "peccatum originale,
„quatenus nobis proprium est, defectus physicus,
„peccatum physicum est, quatenus vero Adamo
„inest, defectus moralis, peccatum morale est."

lII. „ Sola concupiscentia non constituit pec¬
„catum originale; " si enim conjuncta est cum gratia sanctificante, homo non jam est medium ineptum ad finem. Atqui in defectu hujus aptitudinis consistit essentia peccati originalis (I.); hinc est, quod per baptismum tollatur peccatum originale, & tamen remaneat concupiscentia.

IV. Peccatum originale supponit *concupiscentiam,* 2.) *defectum gratiae sanctificantis,* 3.) quod

*uterque hic defectus* ſit *originalis*, h. e. *per deſcenſum carnalem* ab Adamo *nobis fiat proprius.*

V. Parvulus in conceptu non poterit dici *peccare*, ſed *peccatum contrahere;* niſi peccare idem eſſet ac deficere a fine ultimo; quin hic defectus neceſſario libertatem importet.

VI. Peccatum originale minus eſt in *ordine ad perſonam*, quam veniale; hoc enim eſt voluntarium, majus vero in *ordine ad naturam*, ceu privatio juſtitiæ originalis, & defectus totius naturæ.

VII. Privatio juſtitiæ originalis, etſi ſit effectus peccati actualis Adami, & prout in Adamo ineſt, etiam *pœnæ* rationem habet, tamen eſt *ipſum noſtrum originale peccatum, neque effectus, neque pœna.* NON EFFECTUS; nam peccatum actuale Adami non eſt peccatum noſtrum, ſed cauſſa noſtri peccati, h. e. noſtri defectus habitualis a fine. NON POENA; juſtitia enim originalis eſt naturæ noſtræ indebita. Ergo favoris indebiti ſubtractio pœna poſitiva non eſt.

VIII. *Privatio immunitatis a morte*, morbis &c. non ingreditur rationem peccati originalis. Per talem enim defectum homo non fit medium ineptum ad finem ultimum.

IX. Etſi peccatum originale non ſit culpa voluntaria nobis, poterit tamen dici, quod moveat *odium diſplicentiæ*, iram DEI negativam &c. Eſt enim malum phyſicum, eſt defectus medii neceſſarii ad finem ultimum. Atqui intuitus mali in DEO neceſſario cum odio diſplicentiæ conjungitur. *Per unum delictum in omnes homines condemnatio*, dicit Apoſtolus Rom. V. 18., niſi redimerentur nempe ab ea per JESUM Chriſtum.

*uterque hic defectus sit originalis, h.e. per descen¬ sum carnalem* ab Adamo *nobis fiat proprius.*

V. Parvulus in conceptu non poterit dici *peccare*, los peccatum contrahere; peccre idem esset ac deficere a fine ultimo; quin hic defectus necessario libertatem importet.

VI. Peccatum originale minus est in *ordine ad personam*, quam veniale; hoc enim est volun¬ tarium, majus vero in *ordine ad naturam,* ceu pri¬ vatio justitae originalis, & defectus totius naturae.

VII. Privatio justitiae originalis, etsi sit effe¬ ctus peccati actualis Adami, & prout in Adamo inest, etiam poenae rationem habet, tamen est *ip¬ sum nostrum originale peccatum neque effectus, ne¬* que poena. NON EFFECTUS; nam peccatum actua¬ le Adami non est peccatum nostrum, sed caussa nostri peccati, h. e. nostri defectus habitualis a fi¬ ne. NON POENA; justitia enim originalis est na¬ turae nostrae indebita. Ergo favoris indebit sub¬ tractio poena positiva non est.

VIII. *Privatio immunitatis a morte,* morbis &c. non ingreditur rationem peccati originalis. Per talem enim defectum homo non sit medium ine¬ ptum ad finem ultimum.

IX. Etsi peccatum originale non sit culpa voluntaria nobis, poterit tamen dici, quod moveat odium displicentiae, iram DEI negativam &c. Est enim malum physicum, est defectus medii neces¬ sarii ad finem ultimum. Atqui intuitus mali in DEO necessario cum odio displicentiae conjungi¬ tur. *Per unum delictum in omnes homines condem¬ natio*, dicit Apostolus Rom. V. 18., nisi redime¬ rentur nempe ab ea per JESUM Christum.

X. „ Permiſſio peccati originalis in DEO con„ juncta fuit cum decreto redemtionis per JE„ SUM Chriſtum faciendæ. “ Potuit ergo infinita DEI bonitas malum univerſale permittere, cum caritas Salvatoris multo potentius remedium eſſet allatura; SED ad quid opus erat, ut DEUS ab Adamo tale obſequium peteret, cujus omiſſionem cum ruina totius poſteritatis conjunctum iri prævidebat?

*Reſpond.* Quis mihi probat, plures homines ſalvos fuiſſe factos, ſi originaria felicitas ad poſteros perveniſſet? me ſane rebellium angelorum multitudo terret. Nunc *reſiduus* in tanta miſeria ſuperbiæ ſtimulus eſt ruinæ noſtræ perpetuum incitamentum; quanta fuiſſet in ſtatu, angelis pœnæ ſuppari? ſed nempe adoranda ſunt DEI conſilia, cujus eſt infinita bonitas, etſi bonitatis abyſſum non penetremus.

XI. *Si quæritur*, cur ad expiandam peccati originalis maculam tam nefanda DEI - Hominis paſſione opus fuerit?

*Reſpond.* Non ſolum *ſatisfactione* pro Adami & poſterorum peccatis, ſed vel maxime potentiſſimo *exemplo* ad ſuperanda virtutis conſtantis impedimenta opus fuiſſe, atqui hoc exemplum ſuppeditat infinita Salvatoris cruci affixi bonitas.

* Jam tria, *iterum Theiſtarum reflexione digniſſima, cum evidentia patent.* 1.) Omnia ſibila a Theiſtis in peccatum originale effuſa inde orta eſſe, quod doctrinam alligationis voluntatis noſtræ cum voluntate Adami mere *ſcholaſticam,* ab ipſis catholicis multis Doctoribus non acceptatam, cum *dogmate* Religionis chriſtianæ male confuderint, 2.) ſi doctrinam a nobis per X. numeros propoſitam bene perpendant, nihil cum ſana ratione pugnans in-

X. „ Permissio peccati originalis in DEO con¬ „juncta fuit cum decreto redemtionis per JE¬ " SUM Christum faciendae." Potuit ergo infini¬ ta DEI bonitas malum universale permittere, cum caritas Salvatoris multo potentius remedium esset allatura; SED ad quid opus erat, ut DEUS ab Adamo tale obsequium peteret, cujus omissionem cum ruina totius posteritatis conjunctum iri prae¬ videbat?

*Respond.* Quis mihi probat, plures homines salvos fuisse factos, si originaria felicitas ad po¬ steros pervenisset? me sane rebellium angelorum multitudo terret. Nunc residuus in tanta miseria superbiae stimulus est ruinae nostrae perpetuum in¬ citamentum; quanta fuisset in statu, angelis poe¬ nae suppari? sed nempe adoranda sunt DEl con¬ silia, cujus est infinita bonitas, etsi bonitatis abys¬ sum non penetremus.

XI. Si quoeritur, cur ad expiandam peccati originalis maculam tam nesanda DEI- Hominis passione opus fuerit?

*Respond.* Nom solum satisfactione pro Adami & posterorum peccatis, sed vel maxime potentis¬ simo exemplo ad superanda virtutis constantis im¬ pedimenta opus fuisse, atqui hoc exemplum sup¬ peditat infinita Salvatoris cruci affixi bonitas.

* *Jam tria, iterum Theistarum reflexione dignissima, cum evidentia patent.* 1.) Omnia sibila a Theistis in pec¬ catum originale effusa inde orta esse, quod doctrinam alli¬ gationis voluntatis nostrae cum voluntate Adami mere scholasticam, ab ipsis catholicis multis Doctoribus non ac¬ ceptatam, cum dogmate Religionis christianae male con¬ funderint, 2.) si doctrinam a nobis per X. numeros pro¬ positam bene perpendant, nihil cum sana ratione pugnans

invenient, 3.) ſi forſan quid novæ explicationis confictum ſuſpicantur, ſuam in legendis catholicorum Doctorum libris inopiam iterum fatentur. Legant unius Vasquii Caput IX. & X. Diſp. 132. in I. IIdæ S. Thomæ, item clariſs. Berti Lib. XIII. cap. VI., Suarium Proleg. IV. de divina gratia cap. II. §. 10. &c.

* * D. Jacque Rouſſeau, quia intrepide negat, ſe ſentire vitium naturæ corruptæ, & omnem concupiſcentiæ rebellionem ſoli malæ educationi adſcribit, non ægre ferat, ſe a nobis ad ipſos infantes, nutricum curas cum ſumma moleſtia fatigantes, ablegari, ut addiſcat, etiam optima educatione non omnem concupiſcentiæ rebellionem præveniri poſſe.

## §. 121.

„ DEI bonitas in poſitivæ infelicitatis æter„ nitate ſtatuenda vindicantur a Theiſtarum ſcom„ mate; DEO implacabilis tyranni notam idcirco „ affingentium. “ 1.) Dogma hoc *terribile* eſſe fatemur ipſi, ſed DEUM aut *injuſtum* propterea, aut *crudelem* dici poſſe negamus. Nam juſtitia nihil eſt niſi ipſa bonitas ſapientiæ conſiliis ſancte attemperata; ergo ſi ſapientia DEO dictavit, pœnam æternam eſſe medium unicum neceſſarium ad bonum libertatis uſum promovendum, permiſſio pœnæ æternæ non poteſt non conſentire cum infinita DEI bonitate. Atqui de hoc ſapientiæ conſilio ſaltem Revelatio nos certos facit. 2.) Negamus porro, hominem tali dogmati adſtipulantem, minus felicem vivere, homine illi non adſtipulante; nam fides huic dogmati præſtita nil niſi ſalubrem illum DEI timorem, qui & a flagitiis potenter abſterret, & humanæ ſocietatis ſolidum eſt fundamentum, credenti incutit, vel ſi peccatis contractis hujus pœnæ rei ſumus, pœnæ hu-

invenient. 3.) si forsan quid novae explicationis confi¬ ctum suspicantur, suam in legendis catholicorum Docto¬ rum libris inopiam iterum fatentur. Legant unius Vas¬ quii Caput IX. & X. Disp. 132 in I. IIdae S. Tomae, item clariss. Berti Lib. XXII. cap. VI., Suarim Proleg. IV. de divina gratia cap. II. §. 10. &c.

** D. Jacque Rousseau, quia intrepide negat, se sentire vitium naturae corruptae, omnem concupiscen¬ tiae rebellionem soli malae educationi adscribit, non aegre ferat, se a nobis ad ipsos infantes, nutricum curas cum summa molestia fatigantes, ablegari, ut addiscat, etiam optima educatione non omnem concupiscentiae rebellio- nem praeveniri posse.

§. 121.

"DEI bonitas in positivae infelicitatis aeter¬ „nitate statuenda vindicantur a Theistarum scom¬ „mate; DEO implacabilis tyranni notam idcirco „affingentium. " 1.) Dogma hoc terribile esse fatemur ipsi, DEUM aut injustum propterea, aut crudelem dici posse negamus. Nam justitia nihil est nisi ipsa bonitas sapientiae consiliis san¬ cte attemperata; ergo si sapientia DEO dictavit, poenam aeternam esse medium unicum necessarium ad bonum libertatis usum promovendum, permis¬ sio poenae aeternae non potest non consentire cum infinita DEI bonitate. Atqui de hoc sapientiae consilio faltem REVELATIO nos certos facit. 2.) Negamus porro, hominem tali dogmati adstipu¬ lantem, minus felicem vivere, homine illi non adstipulante; nam fides huic dogmati praestita nil nisi salubrem illum DEI timorem, qui a flagi¬ tiis potenter absterret, & humanae societatis soli¬ dum est fundamentum, credenti incutit, vel si peccatis contractis hujus poenae rei sumus, poenae

hujus avertendæ media a Religione ſuppeditata cum efficacia arripere docet. Contra ſublato hoc impietatis frœno, in mundo latronibus, adulteris, helluonibus, calumniatoribus &c. pleno vivere neceſſe erit. 3.) Si hunc æternitatis pœnarum METUM EXCUTIS, putasne te feliciorem vitam ducturum? At provoco ad omnem Philoſophiam, utrum ſufficiat ad omne dubium de pœnarum æternitate tollendum. Atqui ſola formido ſolum dubium de æternitate omnes tuas delitias perturbare poteſt. 4.) *Ipſæ notiones* confuſæ de immortalitate animæ, de legislatrice & vindicativa juſtitia DEI, de demerito morali &c. omnibus hominibus communes, & nulla animi reluctantis malitia penitus obliterandæ, ſatis efficaciæ habent, ut exſpectationem futuræ vitæ infelicis ſaltem ſemper probabilem reddant. Atqui in juſta formidine de oppoſito mens omnes de pœnarum æternitate cogitationes evellere penitus non poteſt. Ergo qui dogmati non adſtipulatur, certe quietius vivere nequit. 5.) Si jam *revelationis lux accedat*, tunc enimvero vel ſola INCREDULITAS de pœnarum æternitate in tanta veritatis luce pœnæ æternæ reum te faciat neceſſe eſt. 6.) *Neque dicas*, inter peccatum & pœnam æternam proportionem non eſſe. Nam in omni peccato gravi formali intervenit contemtus practicus divinæ bonitatis, qui ſaltem *ſecundum durationem* æternæ beatitudinis contemtæ *infinitus* eſt. 7.) Si DEUS animas improborum annihilaret, tunc *pœna quidem damni*, ſeu ſubtractio beatitudinis æternæ, æterna nihilominus eſſet; ſed poſitiva infelicitas, h. e. *pœna ſenſus*, non conſequeretur. Ergo ſors improborum, & ſors non creatorum æqualis foret; neque vero beatitudo ſubtracta, ceu pœna mere NEGATIVA, haberet proportionem motivi ſufficienter abſterrentis a malo cum exceſſu POSITI-

VO

hujus avertendae media a Religione suppeditata cum efficacia arripere docet. Contra sublato hoc impietatis froeno, in mundo latronibus, adulteris, helluonibus, calumnatoribus &c. pleno vivere ne¬cesse erit. 3.) Si hunc aeternitatis poenarum ME¬TUM EXCUTIS putasne te feliciorem vitam du¬cturum? At provoco ad omnem Philosophiam, utrum sufficiat ad omne dubium de poenarum aeternitate tollendum. Atqui sola formido solum dubium de aeternitate omnes tuas delitias pertur¬bare potest. 4.) Ipsae notiones confusae de immor¬talitate animae, de legislatrice & vindicativa ju¬stitia DEI, de demerito morali &c. omnibus ho¬minibus communes, & nulla animi reluctantis ma¬litia penitus obliterandae, satis efficaciae habent, ut exspectationem futurae vitae infelicis saltem sem¬per probabilem reddant. Atqui in justa formidi¬ne de opposito mens omnes de poenarum aeter¬nitate cogitationes evellere penitus non potest. Ergo qui dogmati non adstipulatur, certe quie¬tius vivere nequit. 5.) *Si jam revelationis lux accedat*, tunc enimvero vel sola INCREDULITAS de poenarum aeternitate in tanta veritatis luce poe¬nae aeternae reum faciat necesse est. 6.) *Ne¬que dicas*, inter peccatum & poenam aeternam pro¬portionem non esse. Nam in ommi peceato gravi formali intervenit contemtus practicus divinae bo¬nitatis, qui saltem *secundum durationem* aeternae beatitudinis content *infinitus* est. 7.) SI DEUS animas improborum annihilaret, tunc poena qui¬dem damni, seu subtractio beatitudinis aeternae, aeternae nihilominus esset; sed positiva infelicitas, h. e. poena sensus, non consequeretur. Ergo fors improborum, & fors non creatorum aequalis fo¬ret; neque vero beatitudo subtracta, ceu poena mere NEGATIVA haberet proportionem motivi suf¬ficienter absterrentis a malo cum excessu POSITI¬

vo voluptatis, in ipſo malo operando. Atqui tenetur DEUS vi perfectionum, motivum ſufficienter a malo abſterrens procurare. Ergo annihilatio improborum DEUM poſitive dedecet, ita, ut conſervatio ad pœnam ſenſus cum infinita DEI perfectione conſentiat. En CONSENSUM REVELATIONIS (n. 1.), SENSUS COMMUNIS (n. 4.), RATIONES DISTINCTE COGITANTIS (n. 7.) in dogmate fundamentali practico.

§. 122.

*Conſilia evangelica defenduntur.* Religio chriſtiana, ajunt, format homines ſolitarios, nullis familiæ nexibus reipublicæ adſtrictos, civilis vitæ commodorum incurios, de futura unice anxios.

Ad hanc Baylii gerram ſic *reſpondeo*: Si chriſtianæ Religionis *conſilia* a *legum* ſubſtantia diſtinguamus: certum eſt, Religione chriſtiana ſocietatem civilem potius conſolidari, quam everti. Nam 1.) Religio hæc talis eſt quoad ſubſtantiam, ut omnes homines ad mundi usque finem doceat amare DEUM eo modo, quo placitum ſibi eſſe revelavit. Atqui Religio *perdurare*, & per totum orbem *promulgari* nequit, ſi aut a parentibus ad liberos non tranſeat, aut eam profeſſi, ſocietatis civilis membra eſſe univerſe deſinant. Ergo hæc Religio ſocietatis civilis officia non tollit, ſed ſpiritu ſolidæ virtutis animat. 2.) Quoniam tamen Religio DEI-Hominis eſt, oportet, ut aliqui, relate ad reliqua membra numero pauci, a vitæ hujus bonis abſtracti, non jam virtutis *ſubſtantiam* excolerent tantum, ſed reliquæ hominum ſocietati *perfectionis* exemplum abſolutiſſimum exhiberent. 3.) *Neque* hi perfectionis ſtudioſi homines mundo fiunt *inutiles*; admonent enim efficaciſſi-

vo voluptatis in ipso malo operando. Atqui te¬
netur DEUS vi perfectionum, motivum sufficien¬
ter a malo absterrens procurare. Ergo annilhila¬
tio improborum DEUM positive dedecet, ita, ut
conservatio ad poenam sensus cum infinita DEI per¬
fectione consentiat. En CONSENSUM REVELATIO¬
NIS (n. 1.), SENSUS COMMUNIS (n. 4.), RATIO¬
NES DISTINCTE COGITANTIS (n. 7.) in dogmate
fundamentali practico.

§. 122.

*Consilia evangelica defenduntur.* Religio Chri¬
stiana, ajunt, format homines solitarios, nullis fa¬
miliae nexibus reipublicae adstrictos, civilis vitae
commodorum incurios, de futura unice anxios.
Ad hanc Baylii gerram sic *respondeo:* Si
christianae Religionis *consilia* a *legum* substantia di¬
stinguamus; certum est, Religione christiana fo¬
cietatem civilem potius consolidari, quam everti.
Nam 1.) Religio haec talis est quoud substantiam,
ut ommnes homines ad mundi usque finem doceat
amare DEUM eo modo, quo placitum sibi esse
revelavit. Atqui Religio *perdurare,* & per totum
orbem *promulgari* nequit, si aut a parentibus ad
Iiberos non transeat, aut eam prosessi, societatis
civilis membra esse universe desinant. Ergo haec
Religio societatis civilis officia non tollit, sed spi¬
ritu solidae virtutis animat. 2.) Quoniam tamen
Religio DEI-hominis est, oportet, ut aliqui, re¬
late ad reliqua membra numero pauci, a vitae
hujus bonis abstracti, non jam virtutis *substan¬
tiam* excolerent tantum, sed reliquae hominum so¬
cietati *perfectionis* exemplum absolutissimum exhi¬
berent. 3.) *Neque* hi perfectionis studiosi homi¬
nes mundo fiunt inutiles; admonent enim effica¬

ciſſime *ſuo perfectionis ſtudio* civium animos, ut ipſi ſaltem *virtutum ſubſtantiæ* ne deſint; dein ſi DEUS a ſpeciali hominum ſocietate perfectius ametur, *amor DEI hic ſpecialis* magnæ reliquorum ſocietati inutilis dici poterit, cum, quo quid ad DEI amorem excitandum aptius eſt, etiam utilius eſſe debeat? ſic ergo defendimus conſilia JESU Chriſti, ut conſilia hæc profitentium mores, ſi forte conſiliis diſſormes eſſent, defenſionis noſtræ argumentum non imminuant. 4.) Sed quid? ſi omnes evangelica conſilia amplecterentur? *Hoc*, quoniam ob defectum humani generis ipſi DEI gloriæ & legi naturæ adverſaretur, nec perfectionis medium, nec conſilii argumentum, & ipſi Religioni chriſtianæ contrarium eſſet, quæ nonniſi paucos ad perfectionis ſpeciale inſtitutum vocat. Sic ſi v. g. Adam & Eva virginitatem elegiſſent, certe providentiæ ordinem interturbaſſent. At nunc poſt ingentem ſeculorum numerum, cum jam fere omnes provinciæ hominibus impletæ ſunt; ſi jam pauci reſpective jus precarium ad *voluptates* licitas in matrimonio, ad *divitiarum* illecebras in ſeculo, ad *arbitrium proprium*, dominio DEI reſtituant, & illi ſoli inhæreant, quid, quæſo, detrimenti ſocietati bene ordinatæ inde eveniet? 5.) *Denique* ſi receſſus a mundo cum veris emolumentis reipublicæ pugnat (ut in Principe, unico regalis familiæ ſtipite poteſt contingere), bonum commune ſocietatis privato perfectionis ſtudio eſt præferendum. *Unde quidquid cum jure reipublicæ pugnat, ipſi Religioni adverſatur*; ſed loquor de jure ſocietatis, ſupremo DEI dominio adcurate ſubordinato. *Limitibus ergo evangelicis conſiliis ſapienter fixis omnes Theiſtarum querelæ aut ceſſant, aut juſtæ non ſunt.*

§. 125.

cissime suo *perfectionis studio* civium animos, ut
ipsi faltem *virtutum substantiae* ne defint; dein si
DEUS a speciali hominum societate perfectius
ametur; *amor DEI hic specialis* magnae reliquo¬
rum societati inutilis dici poterit, cum, quo quid
ad DEI amorem excitandum aptius est, etiam
utilius esse debeat? sic ergo defendimus consilia
JESUS Christi, ut consilia haec profitentium mo¬
res, si forte consiliis difformes essent, defensio¬
nis nostrae argumentum non imminuant. 4.) Sed
quid? si omnes evangelica consilia amplecteren¬
tur? *Hoc,* quoniam ob defectum humani gene¬
ris ipsi DEl gloriae & legi naturae adversaretur,
nec perfectionis medium, nec consilii argumen¬
tum, & ipsi Religioni christianae contrarium es¬
set, quae nonnisi paucos ad perfectionis speciale
institutum vocat. Sic si v.g. Adam & Eva vir¬
ginitatem elegissent, certe providentiae ordinem
interturbassent. At nunc post ingentem seculo¬
rum numerum, cum jam fere omnes provinciae
hominibus impletae sunt; si jam pauci respective
jus precarium ad voluptates licitas in matrimonio,
ad *divitiarum* illecebras in seculo, ad *arbitrium
proprium*, dominio DEl restituant. illi soli in¬
haereant, quid, quaeso, detrimenti societati bene
ordinantae inde 5.) *Denique* si secessus
a mundo cum veris emolumentis reipublicae pu¬
gnat (ut in Principe, unico regalis familiae stipi¬
te potest contingere), bonum commune societatis
privato perfectionis studio est praeferendum. *Un¬
de quidquid cum jure reipublicae pugnat, ipsi Reli¬
gioni adversatur;* sed loquor de jure societatis,
supremo DEI dominio adcurate subordinato. *Li¬
mitibus ergo evangelicis consiliis sapienter fixis om¬*
nes Theistarum querelae aut cessant; aut justae non
sunt.

## §. 123.

*Expeditur objectio, quod religio Chriſtiana non omnibus ſufficientia ſalutis media ſuppeditet.* Deus, inquiunt, unicam gentem ſalvans, & reliquum genus humanum æternis ſuppliciis deſtinans, non eſt Deus iſte, Pater omnium, quem ratio naturalis oſtendit. Ita Jacque Rouſseau in Emilio ſuo Tom. III. p. 137. *Reſponſio*; Doctrina Chriſti & Apoſtolorum hanc calumniam non meretur; docet enim circa diverſa hominum genera.

1.) Quibuscunque Evangelium *cum morali certitudine* revelationis divinæ prædicatur, ſi in infidelitate ad mortem usque perſtiterint, condemnari. Sic enim Marc. ult. v. 16. Chriſtus ait: *euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni Creaturæ . . . . qui vero non crediderit condemnabitur.* Ceterum in particulari ante judicium DEI neminem condemnamus, quia cordis intima perſpicere nobis datum non eſt.

2.) *Hæreticos, ignorantia invincibili* laborantes, ſi parati ſint cognitam aliquando veritatem amplecti, veros Eccleſiæ filios eſſe credimus.

3.) *Cum Ethnicis ita barbaris*, qui ſe (per hypotheſin valde exoticam) ad cognitionem primorum naturæ principiorum attollere nequeunt, Deum ita acturum præſumimus, quomodo cum infantibus ſine baptiſmo morientibus, quos Eccleſiæ Catholicæ ſenſus ad infernum non condemnat, ſed divinæ bonitati illorum ſortem reſervat.

 4.) De

§. 123.

*Expeditur objectio, quod religio Christiana non omnibus sufficientia salutis media suppeditet.* Deus, inquiunt, unicam gentem salvans,& reliquum genus humanum aeternis suppliciis destinans, non est Deus iste, Pater omnium, quem ratio naturalis ostendit. Ita Jacque Rousseau in Emi¬ lio suo Tom. III. p. 137. Responsio; Doctrina Christi & Apostolorum hanc calumniam non me¬ retur; docet enim circa diversa hominum ge¬ nera.

1.) Quibuscunque Evangelium *cum morali certitudine* revelationis divinae praedicatur, si in infidelitate ad mortem usque perstiterint, con¬ demnari. Sic enim Marc. ult. v. 16. Christus *ait: euntes in mundum universum praedicate Evan¬ gelium omni Creaturae .... qui vero non credide¬ rit condemnabitur.* Ceterum in particlari ante judicium DEI neminem condemnamus, quia cor¬ dis intima perspicere nobis datum non est.

2.) *Haereticos, ignorantia invincibili* laboran¬ tes, si parati sint cognitam aliquando veritatem amplecti, veros Ecclesiae filios esse credimus.

3.) *Cum Ethnicis ita barbaris,* qui se (per hypothesin valde exoticam) ad cognitonem pri¬ morum naturae principiorum attollere nequeunt, Dem ita acturum praesumimus, quomodo cum infantibus sine baptismo morientibus, quos Ec¬ lesiae Catholicae sensus ad infernum non con¬ demnat, sed divinae bonitati illorum fortem re¬ ferat.

4.) *De illis infidelibus*, qui primus naturæ leges ex ſenſu communi ſatis norunt, credimus, impoſſibile eſſe, ut ſine revelatione non ſe ipſos in ſenſum reprobum præcipitent, etiam illa ipſa juris naturæ principia, prius credita, tandem in dubium vocantes. Sed quomodo Deus in neceſſitate morali interritus illos poteſt relinquere? *Reſp.* Deus efficaciter vult, *omnes* ſalvos fieri, & Chriſtus pro *omnium* ſalute eſt mortuus. Ex altera vero parte *impoſſibile eſt ſine fide placere Deo* Heb. XI. v. 6. jam vero efficax illa DEI voluntas omnibus media ſaltem remote ſufficientia ſubminiſtrat, quibus uſi in revelationis notitiam venire poſſent. Quænam hæc media ſint, *neſcimus*. Deum nulli facere injuriam, hoc unum ſcimus. *Probabile eſt*, Deum eos, qui in faciliorlbus juris naturæ præceptis dociles ſe exhibeant Auctori naturæ, in gravioribus ad lumen ſuum ſupernaturale flagitandum invitare; &, ſi invitationi huic obediant, clariora lumina dare, quorum uſus conſtans ad ipſam Chriſtianæ veritatis cognitionem certo diſponit. *Ceterum* non eſt effectus partialitatis DEI, quod huic facilior quam alteri ad religionem Chriſtianam ſit acceſſus. DEUS enim cauſſis naturalibus æque ac moralibus hac in parte ſuum curſum relinquit, infinite benevolus, dum remote ſufficientia media unicuique concedat, etiam proxime ſufficientia conceſſurus, ſi bono communi maximo proficuum fore ſapientia dictaret.

5.) *Falſum* eſt, Deum partiali affectu peculiarem ab initio mundi gentem ſibi elegiſſe. 1.) Revelatio enim de Meſſia Adamo facta ad omnes ſe poſteros extendit. 2.) Cum poſteri Adami a fide deſciviſſent plerique per Noëmum genus humanum de novo inſtauravit. 3.) Hoc quoque

4.) *De illis infidelibus*, qui primus naturae leges ex sensu communi satis norunt, credimus, impossibile esse, ut fine revelatione non se ipsos in sensum reprobum praecipitent, etiam illa ipsa juris naturae principia, prius credita, tandem in dubium vocantes. Sed quomodo Deus in necessitate morali interritus illos potest relinquere?

*Resp.* Deus efficaciter vult, *omnes* salvos fieri, & Christus pro *omnium* salute est mortuus. Ex *altera vero parte impossibile est sine fide placere Deo* Heb. XI. v. 6. jam vero efficax illa DEI voluntas omnibus media faltem remote sufficientia subministrat, quibus usi in revelationis notitiam venire possent. Quaenam haec media sint, *nescimus.* Deum nulli facere injuriam, hoc unum facimus. *Probabile est*, Deum eos, qui in facilioribus juris naturae praeceptis dociles se exhibeant Auctori naturae, in gravioribus ad lumen suum supernaturale flagitandum invitare; &, si invitationi huic obediant, clariora lumina dare, quorum usus constans ad ipsam Christianae veritatis cognitionem certo disponit. *Ceterum* non est effectus partialitatis DEI, quod huic facilior quam alteri ad religionem Christianam sit accessus. DEUS enim caussis naturalibus aeque ac moralibus hac in parte suum cursum relinquit, infinite benevolus, dum remote sufficientia media unicuique concedat, etiam proxime sufficientia concessurus, si bono communi maximo proficuum fore sapientia dictaret.

5.) *Falsum* est, Deum partiali affectu peculiarem ab initio mundi gentem sibi elegisse. 1.) Revelatio enim de Messia Adamo facta ad omnes se posteros extendit. 2.) Cum posteri Adami a fide descivissent plerique per Noëmum genus humanum de novo instauravit. 3.) Hoc

quoque corrupto etſi Deus de peculiari gente per Abrahamum &c. ſibi proſpexit, ceteros tamen non neglexit, uti Jobi virtutes, in media gentilitate eminentes, probant. 4.) Apoſtolis quoque in nova lege præceptum, ut *in mundum univerſum irent & omnes* Creaturas convertere doctrina & miraculis ſatagerent. 5) Ad quos Apoſtolorum fama non penetravit, Deus privato Magiſterio ſibi erudiendos reſervat.

§. 124.

*Ajunt porro* Theiſtæ: 1.) inter ipſos CHRISTIANOS dari contrarias doctrinas v. g. de libero arbitrio, de gratia, de bonis operibus &c. 2.) inter ipſos CATHOLICOS Doctores dari perpetuas ſcholarum lites. *Reſp.* 1.) primam offenſionis partem ultro concedo. Certe enim nullus ſectarius Theiſtam de veritate ſuæ Sectæ convincet. Nam ſi licet ſectario ſuam ſententiam toti Eccleſiæ anteponere, unius hominis privati judicium quomodo Theiſta adorabit? Sed nempe hæc ſectarum diverſitas eſt *arrogantiæ* effectus, & ex altera parte *auctoritatis* Eccleſiæ infallibilis neceſſitas manifeſto inde conſequitur. 2.) Eccleſia Catholica eſt unica controverſiarum *judex*, ſed *tolerat* varias ſcholarum diſputationes circa modum dogmatis, ceu ad ſubſtantiam non pertinentes. Si ergo in alterutra parte error irrepat, *errantis ſcholæ* imbecillitas fatenda, & *tolerantis* Eccleſiæ ſapientia non vituperanda eſt.

§. 125.

*Corollaria ex hactenus dictis:*

quoque corrupto etsi Deus de peculiari gente per Abrahamum &c. sibi prospexit, ceteros tamen non neglexit, uti Jobi virtutes, in media gentilitate eminentes, probant. 4.) Apostolis quoque in nova lege praeceptum, ut *in mundum universum irent & omnes* Creaturas convertere doctrina & miraculis satagerent. 5.) Ad quos Apostolorum fama non penetravit, Deus privato Magisterio sibi erudiendos reservat.

§. 124.

*Ajunt porro* Theistae: 1.) inter ipsos CHRISTIANOS dari contrarias doctrinas v.g . de libero arbitrio, de gratia, de bonis operibus &c. 2.) inter ipsos CATHOLICOS Doctores dari perpetuas scholarum lites. *Resp.* 1.) primam offensionis partem ultro concedo. Certe enim nullus sectarius Theistam de veritate suae Sectae convincet. Nam si licet sectario suam sententiam toti Ecclesiae anteponere, unius hominis privati judicum quomodo Theista adorabit? Sed nempe haec sectarum diversitas est *arrogantiae* effectus, & ex altera parte auctoritatis Ecclesiae infallibilis necessitas manifesto inde consequitur. 2.) Eclesia Catholica est unica controversiarum *judex,* sed *tolerat* varias scholarum disputationes circa modum dogmatis, ceu ad substantiam non pertinentes. Si ergo in alterutra parte error irrepat, *errantis scholae* imbecillitas fatenda, & *tolerantis* Ecclesiae sapientia non vituperanda est.

§. 125.

*Corollaria ex hactenus dictis:*

I. *Omnis quæſtio ulterior de veritate Chriſtianæ religionis eſt quæſtio facti, utrum a Deo eſt revelata.* Oſtenſa enim revelationis exiſtentia totam quæſtionem abſolvit, cum illius neceſſitas, poſſibilitas, dignitas jam eſt oſtenſa.

II. *Male Theiſta petit demonſtrationes geometricas de veritate revelatarum rerum ad fidei obligationum inducendam.* Quia ex una parte ſufficit ſola notitia facti, quod Deus revelavit; ex altera evidens cognitio tolleret rationem meriti h. e. liberæ ſubmiſſionis intellectus.

III. *Demonſtratio partim phyſica partim moralis proprie convenit revelationi comprobandæ, quod facta ſit.* Revelatio enim fit per facta. Atqui factis utraque Demonſtratio convenit, ita, ut ſimul obligationem fidei pariat.

IV. *Theiſtæ incrudelitas eſt rationis imbecillitas, orta vel ex ſuperbia vel ex malitia.* Si enim profundæ rationis Vir eſſet, ſequeretur regulas bonæ logicæ. Atqui hæc docet, nulli morali Demonſtrationi factorum obſtinate retinendum. Ergo eſt Defectus bonæ logicæ h. e. imbecillitas rationis. Porro mens imbecillis vel ſapere ſibi ſoli videtur, & *ſuperbit*, vel onus doctrinæ horret, & *perverſa* eſt.

## §. 126.

*Lemma logicum. Demonſtrationi morali vere tali nihil probabili opponi poteſt.* Itaque

I. *Incredulitas eſt ineptiſſimum medium, ſuffocandi remorſus conſcientiæ, ſtante morali Demonſtra-*

*I. Omnis quaestio ulterior de veritate Christianae religionis est quaestio facti, utrum a Deo est revelata.* Ostensa enim revelationis existentia totam quaestionem absolvit, cum illius necessitas, possibilitas, dignitas jam est ostensa.

*II. Male Theista petit demonstrationes geometricas de veritate revelatarum rerum ad fidei obligationum inducendam.* Quia ex una parte sufficit sola notitia facti, quod Deus revelavit; ex altera evidens cognitio tolleret rationem meriti h. e. Iiberae submssionis intellectus.

*III. Demonstratio partim physica partim moralis proprie convenit revelationi comprobandae, quod facta sit.* Revelatio enim sit per facta. Atqui factis utraque Demonstratio convenit, ita, ut simul obligationem fidei pariat.

*IV. Theistae incrudelitas est rationis imbecillitas, orta vel ex superbia vel ex malitia.* Si enim profundae rationis Vir esset, sequeretur regulas bonae logicae. Atqui haec docet, nulli morali Demonstrationi factorum obstinate retinendum. Ergo est Defectus bonae logicae h.e. imbecillitas rationis. Porro mens imbecillis vel sapere sibi soli videtur, & *superbit,* vel onus doctrinae horret, & *perversa* est.

§. 126.

*Lemma logicum. Demonstrationi morali vere tali nihil probabili opponi potest.* Itaque

*I. Incredulitas est ineptissimum medium, suffocandi remorsus conscientiae, stante morali Demon¬*

*ſtratione revelationis a Deo factæ.* Certitudo enim tenui probabilitate non eliditur.

II. *Incredulus ergo eſt, qui, etſi rationes credendi ſufficientes habeat, ad non credendum, tamen animum obſtinavit.*

III. *Incredulitas æque peccat in regulas Logicæ, ac nimia credulitas.* Utraque enim moderationem animi & libertatem judicii tollit.

# CAPUT V.

## EXISTENTIA DIVINÆ REVELATIONIS EX CRITERIIS EXTRINSECIS IMMEDIATIS HYPOTHETICE DEMONSTRATUR.

EJUSMODI CRITERIA ſunt Miracula, & Prophetiæ; ſunt enim IMMEDIATA quia ſine alio ſigno Deum locutum eſſe ſe ſolis evinciant: ſunt EXTRINSECA ipſi exiſtentiæ revelationis; ſunt HYPOTHETICA: tota enim demonſtratio exiſtentiam ipſorum Miraculorum ceu neceſſariam hypotheſin ſupponit, donec in abſolutam tranſeat, oſtenſa ſcilicet certa illorum exiſtentia. SERIES totius demonſtrationis hæc eſt: *Miracula & Prophetiæ, quæ pro Jéſu Chriſti Divinitate & Doctrina afferuntur, ſunt certa divinæ revelationis* SIGNA; *ergo ſi* VERE EDITA SUNT, *Chriſti Religio eſt divinitus revelata.*

*stratione revelationis a Deo factae.* Certitudo enim tenui probabilitate non eliditur.

*II. Incredulus ergo est, qui, etsi rationes credendi sufficientes habeat, ad non credendum, tamen animum obstinavit.*

*III. Incredulitas aeque peccat in regulas Logicae, ac nimia credulitas.* Utraque enim moderationem animi & libertatem judicii tollit.

## CAPUT V.

## EXISTENTIA DIVINAE REVELATIONIS EX CRITERIIS EXTRINSECIS IMMEDIATIS HYPOTHETICE DEMONSTRATUR.

EJUSMODI CRITERIA sunt Miracula, & Prophetiae; sunt enim IMMEDIATA quia fine alio signo Deum locutum esse se solis evinciant: sunt EXTRINSECA ipsi existentiae revelationis; sunt HYPOTHETICA: tota enim demonstratio existentiam ipsorum Miraculorum ceu necessariam hypothesin supponit, donec in absolutam transeat, ostensa scilicet certa illorum existentia. SERIES totius demonstrationis haec est: *Miracula & Prophetiae, quae pro Jesu Christi Divinitate & Doctrina afferuntur, sunt certa divinae revelationis SI*GNA; ergo *si* VERE EDITA SUNT, *Christi Religio est divinitus revelata.*

## ARTICULUS I.

### *Demonſtratio ex veris Miraculis.*

Quatuor oſtendi debent hoc loco, 1.) quod ſit POSSIBILE miraculum, 2.) quod a prodigiis NATURALIBUS, 3.) & a PRÆSTIGIIS dœmonum diſcerni poſſint. 4.) TALIA eſſe, quæ pro religione Chriſtiana allegantur, miracula.

### §. 1. *Lemmata philoſophica.*

§. 127.

I. *Omnis Mutatio* in corporibus hujus mundi rationem ſufficientem ſui in motu habet, quo tum elementorum tum corporum COMPOSITIO mutua immutatur.

II. Compoſitionum SUCCESSIO infinita eſſe nequiit, atque adeo aliqua fuit prima.

III. Compoſitionis PRIMÆ, ratio ultima adæquata nec in elementorum eſſentia nec in ipſa compoſitione eſſe potuit; ſecus primæ Compoſitioni ceu immutabili non potuiſſet alia ſuccedere.

IV. Compoſitionis ergo primæ ratio ultima adæquata in VOLUNTATE Entis a mundo diſtincti, Infiniti nempe; hanc præ alia compoſitionem eligentis, reperiri ſolum poteſt.

ARTICULUS I.

*Demonstratio ex veris Miraculis.*

**Q**uatuor ostendi debent hoc loco, 1.) qod sit POSSIBILE miraculum, 2.) quod a prodigiis NA¬TURALIBUS, 3.) & PRAESTIGIIS doemonum di¬scerni possint. 4.) TALIA esse, quae pro religione Christiana allegantur, miracula.

*§. 1. Lemmata philosophica.*

§. 127

I. *Omnis Mutatio* in corporibus hujus mundi rationem sufficientem fui in motu habet, quo rum elementorum tum corporum COMPOSITIO mutua immutatur.

II. Compositionum SUCCESSIO infinita alle ne¬quiit, atque adeo aliqua fuit prima.

IIl. Compositionis PRIMAE, ratio ultima adae¬quata nec in elementorum essentia nec in ipsa compositione esse potuit; secus primae Composi¬tioni ceu immutabili non potuisset alia succe¬dere.

IV. Compositionis ergo primae ratio ultima adaequata in VOLUNTATE Entis a mundo distin¬cti, lnfiniti nempe; hanc prae alia compositionem eligentis, reperiri solum potest.

§. 128.

V. Judicia, quæ rationes ſufficientes proximas motuum enunciant, regulæ motuum, Judicia, quæ rationes mutationum mentis enunciant, *regulæ mutationum mentis humanæ ſunt.*

§. 129.

VI. Rationes ſufficientes proximæ motuum vel inſunt in vi activa & paſſiva elementorum, vel in voluntate DEI.

VII. De mente humana evidens eſt ſenſu intimo, rationem ſufficientem aliquarum mutationum (v. g. idearum) EXTRA MENTEM aliarum (v. g. cogitationum volitionum) eſſe in ipſa mente.

§. 130.

VIII. Regulæ uniformes motuum corporeorum & mutationum mentis humanæ *leges naturæ* vocantur.

§. 131.

IX. *Dantur leges naturæ.* De corporibus enim hoc Aſtronomia, Phyſica, omnis ars, de mente humana Optica, Acuſtica, Muſica, regulæ ſenſuum, phantaſiæ &c. cum certitudine nos edocent.

X. *Determinatio legum naturæ in hoc mundo, a DEI voluntate inde ab initio in ipſa mundi creatione pendebat.* Prima enim compoſitio habet rationem in voluntate entis infiniti (IV.) atqui ab hac determinatio legum naturæ dependet.

§. 128.

V. Judicia, quae rationes sufficientes proxi¬ mas motuum enunciant, regulae motuum, Judi¬ cia, quae rationes mutationum mentis enunciant, *regulae mutationum mentis humanae sunt.*

§. 129.

VI. Rationes sufficientes proximae motuum vel insunt in vi activa & passiva clementorum, vel in voluntate DEI.

VII. De mente humana evidens est sensu in¬ timo, rationem sufficientem aliquarum mutatio¬ num (v. g. idearum ) EXTRA MENTEM aliarum (v.g. cogitationum volitionum) esse in ipsa mente.

§. 130.

VIII. Regulae uniformes motuum corporeo¬ rum & mutationum mentis humanae *leges naturae* vocantur.

§.131.

IX. *Dantur leges naturae.* De corporibus enim hoc Astronomia, Physica, omnis ars, de men¬ te humana. Optica, Acustica, Musica, regulae sensuum, phantasiae &c. cum certitudine nos edocent.

*X. Determinatio legum naturae in hoc mundo, a DEI voluntate inde ab initio in ipsa mundi creatione pendebat.* Prima enim compositio habet rationem in voluntate entis infiniti (IV.) atqui ab hac determinatio legum naturae dependet.

§. 132.

XI. Mutatio, cujus regula inter leges naturæ vulgo notas non continetur, *prodigium* dicitur. Quodſi re ipſa contineatur inter illas, ſed occulta ſit, *Prodigium naturæ;* ſi non contineatur, tunc efficietur vel virtute diabolica, & *prodigium diabolicum* vocatur, vel virtute *DEI* immediate vel mediate agentis, & eſt *prodigium divinum, ſeu miraculum. Eſt ergo miraculum* mutatio in natura corporea vel humana eveniens, quæ Deum, ſeu per ſe ſeu per miniſtros ſuos agentem, auctorem habet.

XII. *Miracula evidenter poſſibilia ſunt.*

I. Vel enim corpora vi propria, vel DEI voluntate moventur, ſi primum, motus omnis per primam compoſitionem, hæc per DEI voluntatem eſt determinata. Ergo & nunc, ſicut initio, aliter a DEO determinari poterit: Si alterum, per ſe evidens eſt.

II. Idem de mutationibus mentis humanæ quarum leges vel immediate, vel mediate in DEI voluntate quærendæ ſunt. 2.) Eadem & elementorum *natura*, & DEI *potentia.* Ergo ſicut initio alterius compoſitionis illa capacia fuerant, ita & nunc; & ſicut initio DEUS aliam compoſitionem potuit determinare, ita & nunc poteſt.

§. 133.

Itaque I. leges naturæ non inducunt neceſſitatem abſolutam eventuum futurorum, ſed

§. 132.

XI. Mutatio, cujus regula inter leges natur¬
rae vulgo notas non continetur, *prodigium* dici¬
tur. Quodsi re ipsa contineatur inter illas, sed
occulta sit, *Prodigium naturae*; si non continea¬
tur, tunc efficietur vel virtute diabolica, & *pro¬
digium diabolicum* vocator, vel virtute DEI im¬
mediate vel mediate agentis, & est *prodigium
divinum*; *seu miraculum*. Est *ergo miraculum* mu¬
tatio in natura corporea vel humana eveniens
quae Deum, seu per se seu per ministros suos
agentem, auctorem habet.

XII. Miracula evidenter possibilia sunt.

I. Vel enim corpora vi propria, vel DEI vo¬
luntate moventur, si primum, motus omnis per
primam compositionem, haec per DEI volunta¬
tem est determinata. Ergo & nunc, sicut ini¬
tio, aliter a DEO determinari poterit: Si alte¬
rum, per se evidens est.

II. Idem de mutationibus mentis humanae
quarum leges vel immediate, vel mediate in
DEI voluntate quaerendae sunt. 2.) Eadem &
elementorum *natura*, & DEI *potentia.* Ergo si¬
cut initio alterius compositionis illa capacia fue¬
rant, ita & nunc; & sicut initio DEUS aliam
compositionem potuit determinare, ita & nunc
potest.

§. 133.

Itaque I. leges naturae non inducunt ne¬
cessitatem absolutam eventuum futurorum, sed

CONDITIONATAM, niſi Deus actione ſua ſupernaturali interveniat.

II. Cuiuslibet eventus in hoc mundo contingentis, antequam contingeret, OPPOSITUM abſolute poſſibile eſt.

## §. II. *Natura certitudinis phyſicæ & moralis.*

### §. 134.

*Evidentia phyſica* judiciorum de mutationibus in hoc mundo contingentibus eſt intuitus diſtinctus rationum ſufficientum naturalium, per quas quævis mutatio ſic determinatur, prout judicium enuntiat. *Evidentia ergo phyſica* 1.) *non abſolute cum veritate judiciorum conjuncta eſt, ſed ſolum ſub conditione non intervenientis miraculi* (§. 133. I.) 2.) *differt ergo ab evidentia metaphyſica, quæ ſemper abſolute cum veritate conjuncta eſt.*

### §. 135.

*Judiciis noſtris de mutationibus in hoc mundo contingentibus nunquam vere evidentia phyſica competit.* Nunquam rerum extra nos exiſtentium eſſentiam, ſed ſolum mutationum ſucceſſionem intuemur. Nam quando uniformem experientiam de duabus mutationibus ſibi mutuo ſuccedentibus habemus; quamprimum de unica in nobis *ſenſatio* oritur, mox *phantaſia* alteram reproducit, certo ſubſecuturam. Jam vero hæc conſtans eventuum ſibi mutuo ſuccedentium memoria habitum ſimiles eventus continuo exſpe-

CONDITIONATAM, nisi Deus actione sua superna¬
turali interveniat.

II. Cuiuslibet eventus in hoc mundo con¬
tingentis, antequam contingeret, OPPOSITUM ab¬
solute possibile est.

*§. II. Natura certitudinis physicae &*
*moralis.*

§. 134.

*Evidentia physica* judiciorum de mutationi¬
bus in hoc mundo contingentibus est intuitus
distinctus rationum sufficientum naturalium, per
quas quaevis mutatio sic determinatur, prout ju¬
dicium enuntiat. *Evidentia ergo physica 1.) non*
*absolute cum veritate judiciorum conjuncta est, sed*
*solum sub conditione non intervenientis miraculi*
(§. 133. I.) 2.) *differt ergo ab evidentia meta¬*
*physica, quae semper absolute cum veritate con¬*
*juncta est.*

§. 135.

*Judiciis nostris de mutationibus in hoc mun¬*
*do contingentibus nunquam vere evidentia physica*
competit. Nunquam rerum extra nos existen¬
tium essentiam, sed solum mutationum successio¬
nem intuemur. Nam quando uniformem expe¬
rientiam de duabus mutantionibus sibi mutuo suc¬
cedentibus habemus; quamprimum de unica in
nobis *sensatio* oritur, mox *phantasia* alteram re¬
producit, certo subsecuturam. Jam vero haec
constans eventuum sibi mutuo succedentium me¬
moria habitum similes eventus continuo exspe¬

ctandi generat. Ergo nonniſi in *ſucceſſione idearum ſucceſſionem mutationum* cognoſcimus, PRÆSENTEM quidem in ſucceſſione idearum ſenſualium, tanquam PRÆTERITAM vero in ſucceſſione idearum phantaſticarum. Atqui intuitus ſolius SUCCESSIONIS non eſt intuitus RATIONUM SUFFICIENTUM &c.

## §. 136.

## *Lemmata Logica & Pſychologica.*

1.) *Si datur* UNIFORMIS *experientia de certarum mutationum conjunctione, redeunte una inclinamur ad concludentum cum certitudine, ſubſecuturam alteram.*

2.) *Si non eſt uniformis, præſente una alteram nonniſi cum probabilitate exſpectamus.*

3.) *Inclinatio ad concluſiones iſtas oritur ex ideis uniformium vel difformium experientiarum; quæ ideæ, ceu rationes partiales, vel certitudinem, vel probabilitatem conficiunt, pro numero & conſenſu experientiarum reſpondentium.*

4.) *Ipſe mentis intuitus* UNIFORMIS *in ideas* UNIFORMES UNIFORMIUM *experientiarum eſt Certitudo Phyſica de ſimili eventu, quia ex ipſa natura tum objectorum tum mentis noſtræ conſequitur.*

* v. g. Phyſice certi ſumus, igni manum admotam aduri, quia adeſt uniformis experientia de ſucceſſione perpetua ADPLICATIONIS objecti ad ignem, & ADUSTIONIS.

§. 137.

ctandi generat. Ergo nonnisi in *successione idea¬rum* successionem mutationum cognoscimus, PRAE¬SENTEM quidem in successione idearum sensua¬lium, tanquam PRAETERITAM vero in successio¬ne idearum phantasticarum. Atqui intuitus so¬lius SUCCESSIONIS non est intuitus RATIONUM SUFFICIENTUM &c.

§. 136.

*Lemmata Logica & Psychologica.*

*1.) Si datur UNIFORMIS experientia de cer¬tarum mutationum conjunctione, redeunte una in¬clinamur ad concludentum cum certitudine, subsecu¬turam alteram.*

*2.) Si non est uniformis praesente una alteram nonnisi cum probabilitate exspectamus.*

*3.) Inclinatio ad conclusiones istas oritur ex ideis uniformium vel difformium experientiarum; quae idea, ceu rationes partiales, vel certitudinem, vel probabilitatem consiciunt, pro numero & consen¬su experientiarum respondentium.*

*4.) Ipse mentis intuitus UNIFORMIS in ideas UNIFORMES UNIFORMIUM experientiarum est Cer¬titudo Physica de simili eventu, quia ex ipsa natu¬ra tum objectorum tum mentis nostrae consequitur.*

* v. g. Physice certi sumus, igni manum admotam aduri, quia adest uniformis experientia de successione perpetua ADPLICATIONIS objecti ad ignem, & ADU¬STIONIS.

## §. 137.

I. *Certitudo phyſica eſt æque hypothetica*; ſupponit enim, quod leges naturæ obſerventur tum in OBJECTIS ſe mutantibus, tum in MENTE præteritas experientias reproducente.

II. *Neque nititur inductione completa.* Nemo enim omnes caſus aut ipſe EXPERTUS, aut alios expertos eſſe certa ATTESTATIONE compertum habet.

* Quæritur ergo, unde vim veritatis iſthæc certitudo?

## §. 138.

*Certitudo phyſica* (abſente conditione miraculi) *cum veritate connectitur per hypotheſin vel bonitatis mentis humanæ, vel exiſtentium legum naturæ in determinandis mutationibus.* Si enim facultas iſta phantaſtica ſimiles eventus exſpectandi eſt vera mentis PERFECTIO, ad FALSA judicia non inclinat, cum ſecundum notiones primas ontologicas idem ſit BONUM, quod VERUM. Porro ſi extant leges naturæ, easdem mutationes uniformiter determinantes, judicia de uniformitate eventuum item vera ſunt, quia objectis conformia; ergo

## §. 139.

I. *Ut ergo veritas certitudinis phyſicæ oſtendatur, opus & præciſe, alterutram ex iſtis hypotheſibus demonſtrare.*

II. *Cer-*

§. 137.

*I. Certitudo physica est aeque hypothetica;* sup¬
ponit enim, quod leges naturae observentur tum
in OBJECTIS se mutantibus, tum in MENTE prae¬
teritas experientias reproducente.

II. *Neque nititur inductione completa.* Nemo
enim omnes casus aut ipse EXPERTUS, aut alios
expertos esse certa ATTESTATIONE compertum
habet.

* Quaeritur ergo, unde vim veritatis isthaec cer¬
titudo?

§. 138.

*Certitudo physica* (absente conditione mira¬
*culi) cum veritate connectitur per hyposthesin vel
bonitatis, mentis humanae, vel existentium legum*
naturae in determinandis mutationibus. Si enim
facultas ista phantastica similes eventus exspe¬
ctandi est vera mentis PERFECTIO, ad FALSA ju¬
dicia non inclinat, cum secundum notiones pri¬
mas ontologicas idem sit BONUM, quod VERUM.
Porro si extant leges naturae, easdem mutatio¬
nes uniformiter determinantes, judicia de uni¬
formitate eventuum item vera sunt, quia obje¬
ctis conformia; ergo

§. 139.

*I. Ut ergo veritas certitudinis physicae ostenda¬
tur, opus praecise, alterutram ex istis hypothesi¬
bus demonstrare.*

II. *Certitudo phyſica non exhibet per ſe menti immediate impoſſibilitatem mutationis diſſimilis, ſimilia antecedentia conſequentis;* in hoc enim differt ab EVIDENTIA phyſica, quæ uti rationes ſufficientes HUJUS, ita impoſſibilitatem OPPOSITI eventus exhibet.

III. *Certitudo phyſica varios gradus magnitudinis habere poteſt.* Uti enim uniformitas experientiarum ob numerum experimentorum, ita & claritas idearum ob intenſionem reflexionis poteſt eſſe varia. Atqui utrique innititur certitudo phyſica.

IV. *Ad ſummam phyſicam certitudinem de futuro eventu non eſt opus, ut quis ſingillatim omnes ſimiles eventus ſit expertus, ſed ſufficit aliorum conſentiens teſtimonium, non quidem omnium, ſic tamen, ut de contrario non conſtet.* Nec enim quis in omnibus locis *præſens* eſſe, nec omnibus hominibus *convivere* poteſt. Ergo nec propria experientia, nec aliena teſtimonia completa requiruntur. Debet tamen de contrario non conſtare; ſecus uniformis non eſt experientia; cui tamen innititui inclinatio judicandi cum certitudine de futuris eventibus (§. 136. n. 3.)

## §. 140.

*Vis illa memoriæ ( ad ſimiles caſus exſpectandos in ſimilibus adjunctis inclinans ) eſt vera mentis perfectio.* 2.) *Adeoque certitudo phyſica cum veritate connexa eſt,* & 3.) *exiſtunt evidenter leges ſtatæ in natura.* Eſt enim unicum neceſſarium medium omnis prudentiæ & providentiæ, qua bonum *præſens* conſervamus, *futurum* procuramus,

*II. Certitudo physica non exhibet per se menti immediate impossibilitatem mutationis dissmilis, similia antecedentia consequentis;* in hoc enim differt ab EVIDENTIA physica, quae uti rationes sufficientes HUJUS, ita impossibilitatem OPPOSITI eventus exhibet.

*III. Certitudo physica varios gradus magnitudinis habere potest.* Uti enim uniformitas experientiarum ob numerum experimentorum, ita & claritas idearum ob intensionem reflexionis potest esse varia. Atqui utrique innititur certitudo physica.

*IV. Ad summam physicam certitudinem de futuro eventu non est opus, ut quis singillatim omnes similes eventus sit expertus, sed suffict aliorum consentiens testimonium, non quidem omnium, sic tamen, ut de contrario non constet.* Nec enim quis in omnibus locis *praesens* esse, nec omnibus hominibus *convivere* potest. Ergo nec propria experientia, nec aliena testimonia completa requiruntur. Debet tamen de contrario non constare; secus uniformis non est experientia; cui tamen innititui inclinatio judcandi cum certitudine de futuris eventibus (§. 136. n. 3.)

§. 140.

*Vis illa memoriae (ad similes casus exspectandos in similibus adjunctis inclinans) est vera mentis perfectio. 2.) Adeoque certitudo physica cum veritate connexa est, & 3.) existunt evidenter leges statae in natura.* Est enim unicum necessarium medium omnis prudentiae & providentiae, qua bonum prasens conservamus, *futurum* procu¬

ramus, *a malo* nos præſervamus. Ergo vera mentis perfectio eſt. 2.) Si perfectio eſt, cum veritate connectuntur judicia (I. §. 139.) 3.) Si vera ſunt judicia, ſtatæ leges naturæ exiſtere debent, quibus ſimiles eventus determinantur; ſecus vera eſſe non poſſent judicia.

§. 141.

*Etſi certitudo phyſica cum veritate connexa eſſe demonſtretur* (§. præc.), *tamen non hoc ratiocinio ſed uniformitate idearum nititur aſſenſus humanus phyſice certus.* Nemo enim, aſſenſum præbens phyſicæ certitudini, reflectit ad hoc ratiocinium, imo & ab *infantia* ſic concludimus, & ipſis *brutis* analoga concludendi ratio competit.

I. Itaque certitudo phyſica nec rationem evidentiæ metaphyſicæ (§. 135.), nec phyſicæ (§. 139. I.) habet.

II. Si tamen ſummum gradum attingit, per connexionem cum judiciorum veritate eidem æqui valet.

§. 142.

*Certitudo moralis, qua teſtimonio humano adſtipulamur, item experientiæ uniformis memoria nititur, ſicut certitudo phyſica.* Illa enim certitudo nititur *notitia* veri & *voluntate* dicendi verum, teſtibus competente; atqui nec veri notitiam, nec voluntatem dicendi verum in ſuis rationibus ſufficientibus intuemur, ſed ſolum per ſigna, quæ nunquam feſelliſſe deprehendimus. Quoties

ergo

ramus, *a malo* nos praeservamus. Ergo vera mentis perfectio est. 2.) Si perfectio est, cum veritate connectuntur judicia (I.§ . 139.) 3.) Si vera sunt judicia, statae leges naturae existere debent, quibus similes eventus determinantur; secus vera esse non possent judicia.

§. 141.

*Etsi certitudo physica cum veritate connexa es¬ se demonstretur (§. praec.), tamen non hoc ratio¬ cinio sed uniformitate idearum nititur assensus hu¬ manus physice certus.* Nemo enim, assensum prae¬ bens physicae certitudini, reflectit ad hoc ratio¬ cinium, imo & ab *infantia* sic concludimus, & ipsis *brutis* analoga ooncludlendli ratio competit.

I. ltaque certitudo physica nec rationem evi¬ dentiae metaphysicae (§. 135.), nec physicae (§. 139. I.) habet.

II. Si tamen summum gradum attingit, per connexionem cum judiciorum veritate eidem aequi valet.

§. 142.

*Certitudo moralis, quae testimonio humano ad¬ stipulamur item experientiae umformis memoria ni¬ titur, sicut certitudo physica.* Illa enim certitudo nititur *notitia* veri & *voluntate* dicendi verum, testibus competente; atqui nec veri notitiam, nec voluntatem dicendi verum in fuis rationibus sufficientibus intuemur, sed solum per signa, quae nunquam fefellisse deprehendimus. Quoties

ergo eadem ſigna recurrunt, memoria uniformis experientiæ nos inclinat ad inferendam teſtium veracitatem.

§. 143.

*Certitudo ergo moralis quoad connexionem cum veritate æquivalet phyſicæ, quoties adeſt æque uniformis & clara experientia de teſtium veracitate.* Eadem enim eſt utrinque connexionis cum veritate ratio; utraquæ æque neceſſarium prudentiæ & providentiæ medium.

II. Quoniam tamen leges naturæ neceſſitate naturæ uniformes ſunt, veracitas vero teſtis ab arbitrio humano pendet, uniformitas effectuum naturalium frequentior eſt, quam ſignorum veracitatis.

III. Eadem moralis certitudo nec oppoſiti impoſſibilitate (§. 139. II.), nec ratiocinio (§. 141.) nititur, ſed memoria uniformis experientiæ.

IV. Ad ſummam moralem certitudinem ſufficit præter experientiam propriam frequentem conſentiens aliorum teſtimonium de uniformi experientia veritatis cum talibus ſignis connexæ (§. 139. IV.).

## §. III. *An miracula divina a prodigiis naturæ & diaboli ſufficienter poſſint diſcerni.*

§. 144.

Quoniam phyſica & certitudo & evidentia de eventu futuro naturali involvat conditionem abſen-

ergo eadem signa recurrunt, memoria unifor¬
mis experientiae nos inclinat ad inferendam te¬
stium veracitatem.

§. 143.

*Certitudo ergo moralis quoad connexionem cum veritate aequivalet, quoties, adest aeque unifor¬ mis & clara experientia de testium veracitate.* Eadem enim est utrinque connexionis cum veritate ra¬ tio; utraquae aeque necessarium prudentiae & providentiae medium.

II. Quoniam tamen leges naturae necessitate naturae uniformes sunt, veracitas vero testis ab arbitrio humano pendet, uniformitas effectuum naturalium frequentior est, quam signorum vera¬ citatis.

III. Eadem moralis certitudo nec oppositi impossibilitate (§. 139. II.), nec ratiocinio (§. 141.) nititur, sed memoria uniformis expe¬ rientiae.

IV. Ad summam moralem certitudinem suffi¬ cit praeter experientiam propriam frequentem consentiens aliorum testimonium de uniformi ex¬ perientia veritatis cum talibus signis connexae (§. 139. IV.).

*§. III. An miracula divina a prodigiis natu¬ rae & diaboli sufficienter possint discerni.*

§. 144.

Quoniam physica & certitudo & evidentia
de eventu futuro naturali involvat conditionem

abſentis miraculi (§. 137. II.), *hinc neque pro exiſtentia neque contra exiſtentiam oppoſiti per miraculum vel tenue argumentum conficit.*

## §. 145.

Quoniam tamen ut certus ſim, quod hæc mutatio legibus naturæ *adverſatur*, prius certus eſſe debeam, quænam mutatio legibus naturæ *conformis* foret: *certitudo phyſica de eventu naturaliter futura eſt neceſſaria conditio ad hoc, ut certus ſim phyſice, eventum oppoſitum miraculi rationem habere.*

* Certitudo ergo phyſica de eventu naturali non elidit certitudinem de oppoſito, ut male arguit D. David Hume (dans l'Eſſai philoſophique dixieme ſur les miracles Edit. Gallic. Londin. 1764. pag. 8. & 13.). Secus nec Apoſtolos de exiſtentia miraculorum Chriſti proprii oculi phyſice certos reddidiſſent.

## §. 146.

I. Quam certum eſt, hunc eventum lege naturæ debere evenire, tam certum eſt, oppoſitum eſſe miraculum.

II. Quisquis ergo *ſenſu proprio* percipit eventum, de cujus cum lege naturæ repugnantia *phyſice certus eſt*, de exiſtentia miraculi *phyſice certus eſt.*

III. Quisquis eundem eventum ex moraliter certo aliorum teſtimonio percipit, de exiſtentia

mira-

absentis miraculi (§. 137. II.), *hinc neque pro existentia neque contra existentium oppositi per mi¬ raculum vel tenue argumentum conficit.*

§. 145.

Quomiam tamen ut certus sim, quod haec mutatio legibus naturae *adversatur*, prius cer¬ tus esse debeam, quaenam mutatio legibus na¬ turae *conformis* foret: *certitudo physica de even¬ tu naturaliter futura est neccessaria conditio ad hoc, ut certus sim physice, eventum oppositum miraculi rationem habere.*

*Certitudo ergo physica de eventu naturali non elidit certitudinem de opposito, ut male arguit D. Da¬ vid Hume (dans l'Essai philosophique dixieme fur les miracules Edit. Gallic. Londin. 1764. pag. 8. & 13.). Secus nec Apostolos de existentia miraculorum Christi proprii oculi physice certos reddidissent.

§. 146.

I. Quam  est, hunc eventum lege na¬ turae debere evenire, tam certum est, opposi¬ tum esse miraculum.

II. Quisquis ergo *sensu proprio* percipit even¬ tum, de cujus cum lege naturae repugnantia *physice certus est,* de existentia miraculi *physice¬ certus est.*

III. Quisquis eundem eventum ex moraliter certo aliorum testimonio percipit, de existentia

miraculi *moraliter certus*, de ejus indole *phyſice certus eſt.*

§. 147.

*Leges naturæ, etſi non omnes, plurimæ tamen, cum phyſica certitudine nobis notæ ſunt.* Sunt enim regulæ mutationum uniformes. Atqui mutationes experientia nobis perſpectæ ſunt; ergo & mutationum uniformitas obſervatione uniformi potuit detegi. Sic v. g. phyſice certum eſt inter cauſſam & effectum PROPORTIONEM eſſe debere, qualis non datur inter vocem humanam & maris diviſionem; inter cauſſam & ſubjectum actionem recipiens APPLICATIONEM debere intercedere, qualis non eſt inter imperium hominis, & globam terraqueum ſuo in motu conſiſtentem; inter actionem & tempus, quo actio perdurat, aliquam ANALOGIAM requiri &c. . . . . . . . itaque plurimæ leges &c.

* Interim ad hoc, ut ſciam, eventum prodigioſum adverſari legibus naturæ, dicunt Theiſtæ, opus eſſe, ut nulla lex naturæ ignota ſit; ſecus occulta aliqua lex exceptionem in legibus naturæ poſtulabit. Magis adhuc fore incertum miraculum arguunt, ſi præter humanas mentes infeſti ſpiritus admittantur. Utrique licet tenui argumento reſpondendum. Itaque

§. 148.

*Prorſus in veriſimile eſt, quod Deus permittat, ut homo quiſpiam impoſtor leges naturæ ſolus ita calleat, ut eadem notitia abutatur ad hominibus*

miraculi *moraliter certus*, de ejus indole *physice¬ certus est.*

§. 147.

*Leges naturae, etsi non omnes, plurimae tamen, cum physica certitudine nobis notae sunt.* Sunt enim regulae mutationum uniformes. Atqui mutationes experientia nobis perspectae sunt; ergo & mutationum uniformitas observatione uniformi potuit detegi. Sic v. g. physice certum est inter caussam & effectum PROPORTIONEM esse debere, qualis non datur inter vocem humanam & maris divisionem; inter caussam & subjectum actionem recipiens APPLICATIONEM debere intercedere, qualis non est inter imperium hominis, & globam terraqueum suo in motu consistentem; inter actionem & tempus, quo actio perdurat, aliquam ANALOGIAM requiri &c. ...... itaque plurimae leges &c.

* Interim ad hoc, ut faciam, eventum prodigiosum adversari legibus naturae, dicunt Theistae, opus esse, ut nulla lex naturae ignota sit; secus occulta aliqua lex exceptionem in legibus naturae postulabit. Magis adhuc fore incertum miraculum arguunt, praeter humanas mentes infetsi spiritus admittantur. Utrique licet tenui argumento respondendum. ltaque

§. 148.

*Prorsus in verisimile est, quod Deus permittat, ut homo quispiam impostor leges naturae solus* ita calleat, ut eadem notitia abutatur ad homini¬

*bus probis univerſe in materia religionis imponendum, & errorem DEI agentis nomine conteſtandum, quin detegendæ fraudis medium moraliter poſſibile ſuperſit.* 2.) *Item æque in veriſimile eſt, Deum permittere maligno ſpiritui, ut ad hoc virtutem ſuam impoſtori accommodet.* Primo enim evidens eſt, neutrum a Deo permitti poſſe in NECESSARIIS capitibus religionis etiam naturalis; cum ſine his nemo finem creationis conſequi poſſit, atqui medium fini ultimo conſequendo neceſſarium Deus concedere VI benevolentiæ tenetur. De capitibus MINUS NECESSARIIS ſic oſtendo: Deus vi bonitatis, ſapientiæ, ſanctitatis, potentiæ veracitatis &c. non poteſt aut *ſibi eripere facultatem*, loquendi per revelationem homini juſto, aut integris gentibus *prudens medium*, ſe ab abſurdis erroribus expediendi, qui ex ſpuria impoſtoris revelatione noſcerentur, atqui nec DEI vocem agnoſcere, nec impoſtoris fraudes detegere porro homines poſſent, ſtante tali permiſſione; ergo hæc cum infinita DEI bonitate evidenter pugnat.

* *Opponit Theiſta* 1.) *Permiſit Deus*, ut innumeri gentiles Deorum oraculis & prodigiis in errorem inducerentur, quin dæmonum præſtigias diſcernere pro ſua ſimplicitate poſſent. 2.) *Fieri potuit*, ut omnes homines ob culpam univerſalem v. g. peccatum originale, ut Chriſtiani credunt, permiſſionem univerſalis impoſturæ mereantur. *Reſp.* prima objectio Deum CRUDELEM, altera omnes homines REOS facit. Sed 1.) *moraliter* poſſibile fuit, ut ſana ratio ſacrificulorum fraudes detegeret. 2.) Si non fuiſſet poſſibile, Deus optimus nonniſi *præviis delictis graviſſimis* hanc cæcitatem permiſiſſe di-

*bus probis universe in materia religionis imponen¬ dum, & errorem DEI agentis nomine contestan¬ dum, quin detegendae fraudis medium moraliter pos¬ sibile supersit. 2.) Item aeque in verisimile est, Deum permittere maligno spiritui, ut ad hoc virtu¬ tem suam impostori accommodet.* Primo enim evi¬ dens est, neutrum a Deo permitti posse in NE¬ CESSARIIS capitibus religionis etiam naturalis; cum sine his nemo finem creationis consequi pos¬ sit, atqui medium fini ultimo consequendo ne¬ cessarium Deus concedere vi benevolentiae tene¬ tur. De capitibus MINUS NECESSARIIS siC osten¬ do: Deus vi bonitatis, sapientiae, sanctitatis, potentiae veracitatis &c. non potest aut *sibi eri¬ pere facultatem,* loquendi per revelationem ho¬ mini justo, aut integris gentibus *prudens medium,* se ab absurdis erroribus expediendi, qui ex spu¬ ria impostoris revelatione noscerentur, atqui nec DEI vocem agnoscere, nec impostoris fraudes detegere porro homines possent, stante tali per¬ missione; ergo haec cum infinita DEI bonitate evidenter pugnat.

* *Opponit Theista* I.) *Permisit Deus*, ut innumeri gentiles Deorum oraculis & prodigiis in errorem indu¬ cerentur, quin daemonum praestigias discernere pro sua simplicitate possenr. 2.) *Fieri potuit,* ut omnes homi¬ nes ob culpam universalem v. g. peccatum originale, ut Christiani credunt, permissionem universalis imposturae mereantur. Resp. prima objectio Deum CRUDELEM altera omnes homines REOS facit. Sed 1.) *moraliter* possibile fuit, ut sana ratio sacrificulorum fraudes dete¬ geret. 2.) Si non fuisset possibile, Deus optimus non¬ nisi praeviis delictis gravissimis hanc caectitatem permisisse

dicendus eſt. 3.) *Vel Theiſta credit* peccatum originale; ergo ex eadem ſcriptura redemtionis myſterium & peccati remiſſionem credere debet; vel *non credit;* ergo ex eo, quod non credit, veritatem aggredi nequit.

** Opponit 2.) *Veræ cognitio religionis* merus favor; ergo ſine culpa ſubtrahi poteſt. 4.) *Error omnis,* quamdiu circa religionis mere naturalis ſubſtantiam non verſatur, innoxius eſt, & a Deo permitti poteſt. 5.) Ab omni errore immunes ſunt, qui omnia miracula pro impoſtura habeant. Reſp. 1.) Etſi ſit *mera gratia reſpectu* hominis, poteſt tamen Deus vi benevolentiæ neceſſitari ad hanc gratiam concedendam. *Dein etſi poſſet* Deus aliquibus non concedere notitiam veritatis, non tamen poſſet omnibus ſubtrahere; *ſecus fine* ultimo creationis fruſtraretur h. e. vel *ſapientiæ* vel *bonitatis*, vel *potentiæ* ſaltem defectu laboraret. *Denique* etſi aſſumas, Deum poſſe omnibus non concedere, neminem tamen poſſet in errorem *poſitivum* inducere. 2.) *Falſum eſt*, quod talis error foret innoxius; orirentur enim graves obligationes ſive credendi, ſive agendi, quæ ſi omitterentur, gravis pœnæ reatum importarent. 3.) Si homo nulli miraculo credat, FALLI quidem nequit; Sed ſimul revelatione divina ADJUVARI nequibit. Ceterum ſana ratio, uti nimiæ credulitatis vitium horret, ita obſtinatæ incredulitatis ſcelus averſatur. *Neque* obſtat, quod forte miracula vox DEI obſcura ſint; ſecus enim fidei meritum tollerent, ſi notitia miraculorum evidens foret.

§. 149.

dicendus est. 3.) *Vel Theista credit* peccatum originale; ergo ex eadem scriptura redemtionis mysterium & pec¬ cati remissionem credere debet; vel non credit; ergo ex eo, quod non credit, veritatem aggredi nequit.
** Opponit 2.) *Verae cognitio religionis* merus fa¬ vor; ergo fine culpa subtrahi potest. 4.) *Error omnis* quamdiu circa religionis mere naturalis substantiam non versatur, innoxius est, & a Deo permitti potest. 5.) Ab omni errore immunes funt, qui omnia miracula pro impostura habeant. Resp. 1.) Etsi sit *mera gratia respe¬ ctu* hominis, potest tamen Deus vi benevolentiae necessi¬ tari ad hanc gratiam concedendam. *Dein etsi posset* Deus aliquibus non concedere notitiam veritatis, non tamen posset omnibus subtrahere; *secus sine* ultimo creationis frustraretur h.e. vel *sapientiae* vel *bonitatis*, vel *poten¬ tiae* faltem defectu laboraret. Denique etsi assumas, Deum posse omnibus non concedere; neminem tamen posset in errorem *positivum* inducere. 2.) *Falsum* est, quod talis error foret innoxius; orirentur enim graves obligationes sive credendi, five agendi, quae si omitte¬ rentur, gravis poenae reatum importarent. 3.) Si homo nulli miraculo credat, FALLI quidem nequit; Sed simul revelatione divina ADJUVARI nequibit. Ceterum sana ratio, uti nimiae credulitatis vitium horret, ita obstinatae incredulitatis scelus aversatur. Neque obstat, quod for¬. te miracula vox DEl obscura sint; secus enim fidei me¬ ritum tollerent, si notitia miraculorum evidens foret.

## §. 149.

*Non obeſt certitudini phyſicæ miraculorum, quod præſtigiarum abſentia præciſe* DEMONSTRARI *nequit.* Idem enim nec certitudini phyſicæ teſtimonii ſenſuum obeſt; ſed ſufficit ſumma inveriſimilitudo. *Inſanum eſt ergo dicere : evidenter non ſcio, quod præſtigiæ non ſubſint ; ergo non teneor credere.* Quaſi dicas : *evidens non eſt, objecta, quæ video, exiſtere ; ergo non exiſtunt. Ergo prudenter dubito de exiſtentia eorum &c.*

## §. 150.

### Regulæ in examinandis prodigiis.

I. Quoniam ad divinam providentiam ſpectat ſufficiens ad artificia hominis vel diaboli detegenda medium procurare: ſi fraus in materia religionis, prævia DEI invocatione patrata, integram gentem errore involveret; hinc operæ *pretium eſt* FRAUDIS INDICIA *noſſe.*

II. Talia ſunt 1.) ABSURDITAS doctrinæ, 2.) notæ alias FRAUDES hominis, prodigia patrantis, 3.) MIRACULA inſigniora, quibus impoſtoris fraus confunditur. 4.) OCCULTARUM articum detectio, 5.) univerſalis doctorum & proborum CONTEMTUS, quo ejusmodi artes explodunt.

III. Si ergo pro aſſerendo dogmate, ad invocationem DEI, prodigium conſequitur, quod juxta probos & doctos omnium temporum & locorum naturæ leges ſuperet, *evidens ſignum eſt*

§. 149.

*Non obest certitudini physicae miraculorum. quod praestigiarum absentia praecise DEMONSTRARI nequit.* Idem enim nec certitudini physice testi¬monii sensuum obest; sed sufficit summa inveri¬similitudo. *Insanum est ergo dicere: evidenter non scio, quod praestigiae non subsint; ergo non teneor credere.* Quasi dicas: *evidens non est, objecta, quae video, existere; ergo non existunt. Ergo pru¬*denter dubito de existentia eorum &c.

§. 150.

REGULAE IN EXAMINANDIS PRODIGIIS

I. Quomiam ad divinam providentiam spectat sufficiens ad artificia hominis vel diaboli dete¬genda medium procurare: si fraus in materia religionis, praevia DEI invocatione patrata, in¬tegram gentem errore involveret; hinc operae *pretium est* FRAUDIS INDICIA *nosse.*

II. Talia sunt 1.) ABSURDITAS doctrinae, 2.) notae alias FRAUDES hominis, prodigia pa¬trantis, 3.) MIRACULA insigniora, quibus im¬postoris fraus confunditur. 4.) OCCULTARUM articum detectio, 5.) unversalis doctorum & proborum CONTEMTUS, quo ejusmodi artes ex¬plodunt.

III. Si ergo pro afferendo dogmate, ad invo¬cationem DEl, prodigium consequitur quod jux¬ta probos & doctos omnium temporum & lo¬corum naturae leges superet, *evidens signum est*

*DEI loquentis, maxime ſi ad gentem integram fide imbuendam pertineat.*

IV. *Ipſa fides*, dogmati ab integra gente ob miraculum præſtita, veri miraculi argumentum eſt.

V. *Sanctitas* teſtis, prodigia patrantis, de novo miraculum confirmant.

VI. *Sola obſcuritas doctrinæ* per miraculum conteſtatæ non obſtat veritati miraculi.

VII. Videndum ergo 1.) an *ſub invocatione divini nomini editum ſit* prodigium. 2.) An *leges naturæ* tranſcendat opinione proborum & doctorum. 3.) An *dogma cetera prudens & honeſtum* ſit. Itaque

| | |
|---|---|
| VIII. Possibilitas miraculi ex honeſtate dogmatis, | oſtenditur. |
| Veritas dogmatis ex exiſtentia miraculi | |

IX. Ex tribus regulis (§. præſ. VII.) ergo diſcernendum, *quod inter contraria miracula genuinum ſit.*

X. Si de veritate *unius* miraculi *certo* conſtet; *tuto* rejicienda ſunt, quæ ad evertendum idem dogma afferuntur prodigia. Quoniam enim, quæ certa ſunt, vera ſunt, nec veritas veritati contradicere poteſt; quæcunque adſerta quamcunque veritatis ſpeciema affectanti, ſi veriti certo cognitæ contradicunt, evidenter falſa ſunt.

XI. *In-*

DEI loquentis, maxime si ad gentem integram fide imbuendam pertineat.

IV. *Ipsa fides,* dogmati ab integra gente ob miraculum praestita, veri miraculi argmentum est.

V. *Sanctitas* testis, prodigia patrantis, de novo miraculum confirmant.

VI. *Sola obscuritas dotrinae* per miraculum contestatae non obstat veritati miraculi.

VII. Videndum ergo 1.) an *sub invocatione divini nomini editum sit* prodigium. 2.) An *leges naturae* transcendat opinione proborum & doctorum. 3.) An *dogma cetera prudens* & honestum sit. ltaque

VIII. POSSIBILITAS miraculi ex honestate dogmatis,

ostenditur.

VERITAS dogmatis ex existentia miraculi

IX. Ex tribus regulis (§. praes. VII.) ergo discernendum, *quod inter contraria miracula genuinum sit.*

X. Si de veritate *unius* miraculi *certo* constet; *tuto* rejicienda sunt, quae ad evertendum idem dogma afferuntur prodigia.

Quoniam

enim, quae certa sunt, vera sunt, nec veritas veritati contradicere potest; quaecunque adserta quamcunque veritatis speciema affectanti, si veriti certo cognitae contradicunt, evidenter falsa sunt.

XI. *Indicia præſtigiarum* ſunt 1.), ſi effectus vim dæmonis vulgo non excedat. 2.) Si non pro virtutis teſtimonio. 3.) Si non ſub invocatione DEI editum ſit prodigium. 4.) Si exiſtentia effectus non ſatis certa ſit.

## §. IV. *Miracula, revelationem religionis judaicæ & chriſtianæ comprobantia vere divina fuiſſe oſtenduntur.*

### §. 151.

*Miracula I.* REVELATIONEM PRIMIS PATRIARCHIS FACTAM *comprobantia.* Hæc præcipue in familiari COLLOQUIO DEI ipſius conſtabant. His tamen addita ſubin alia prodigia: 1.) IGNIS cœlitus delapſus ad ſacrificium Abelis abſumendum, 2.) *Prodigia* diluvium comitantia, 2,) *confuſio* linquarum, 4.) Sodomæ & Pentapolis *incendium*, 5.) *Uxor* Loth in ſalem verſa.

### §. 152.

*Miracula II.* RELIGIONEM JUDAICAM CONFIRMANTIA: 1.) OCCISIO omnium primogenitorum, INNOXIIS SOLIS HEBRÆIS, 2.) TRANSITUS maris rubri ad Moyſis imperium ſe dividentis, 3.) MANNA pluens de cœlo &c. . . . 4.) SOL ad imperium Joſue occaſum ſuum ſuſpendens, 5.) MURI Jerichuntini buccinarum ſonitu dejecti, 6.) TRANSITUS Jordanis, ſuſpenſis aquis &c. . . . .

XI. *Indicia praestigiarum* sunt 1. ), si effectus vim daemonis vulgo non excedat. 2.) Si non pro virtutis testimonio. 3.) Si non sub invocatione **DEI** editum sit prodigium. 4.) Si existentia effectus non fatis certa sit.

§. IV. *Miracula, revelationem religionis judaicae & christianae comprobantia vere divinia fuisse ostendantur.*

§. 151.

*Miracula* I. **Revelationem Primis Patriarchis Factam** *comprobantia.* Haec praecipue in familari **Colloquio DEI** ipsius constabant His tamen addita subin alia prodigia: 1.) **Ignis** coelitus delapsus ad sacrificium Abelis absumendum, 2.) *Prodigia* diluvium comitantia, 2,) *confusio* linquarum, 4.) Sodomae & Pentapolis *incendium,* 5.) *Uxor* Loth in salem versa.

§. 152

*Miracula II.* RELIGIONEM JUDAICAM CONFIRMANTIA: 1.) OCCISIO omnium primogenitorum, INNOXIIS SOLIS **H**EBRAEIS; 2.) TRANSITUS maris rubri ad Moysis imperium se dividentis, 3.) **M**ANNA pluens de coelo &c....
4.) **S**OL ad imperium Josue occasum suum suspendens, 5.) **M**URI Jerichuntini buccinarum sonitu dejecti, 6.) TRANSITUS Jordanis, suspensis aquis &c ....

§. 153.

*Miracula III.* PRÆCIPUA A CHRISTO PATRATA. 1.) *Reſuſcitatio* mortuorum, & inter hos Lazari quatriduani, 2.) *curatio* cœci nati, 3.) plura hominum millia quinque panibus & duobus piſcibus poſt trium dierum famem ſaturata 4.) *reſuſcitatio* ſui ipſius &c. . . .

§. 154.

*Miracula* MOYSIS *&* JESU CHRISTI, *ſi vere ita patrata ſunt*, *naturæ legibus altiora*, *nec ullis dæmonum præſtigiis obnoxia fuiſſe*, PHYSICE *certum eſt.* Uniformi enim experientia NATURÆ LEGIBUS adverſatur, voce hominum maria dividi, ſolem ſiſti, mortuos ſuſcitari, ſolo imperio morbos lethales unico momento curari &c. 2.) PATRATA ſunt prodigia in NOMINE DEI ad conteſtandam religionem (§. ſeq.). 3.) Moyſes & Chriſtus pollebant eminenti morum SANCTITATE. 4.) Miracula Moyſis fides ſuæ nationis, miracula Chriſti FIDES totius pœne mundi probavit. Ergo (per §. 150.) adſunt omnes notæ veri miraculi.

* Vide Orig. L. I. & II. contra Celſum & Euſeb. Dem. Evang. Lib. III.

§. 155.

*Miracula a Moyſe & a Chriſto patrata ſunt pro comprobanda miſſione divina & religione per illos a Deo revelata.* Oſt. I. de Moyſe. 1.) Moyſes ipſe (Cap. III. Gen. v. 19.) Juſſu DEI probat Miſſionem ſuam Pharaoni. 2.) Cap. IV. v. 1. DEUS

§. 153.

*Miracula III*. PRAECIPUA A CHRISTO PATRATA. 1.) *Resuscitatio* mortuorum, & inter hos Lazari quatriduani, 2.) *curatio* coeci nati, 3.) plura hominum millia quinque panibus & duobus piscibus post trium dierum famem saturata 4.) *resuscitato* sui ipsius &c. ...

§. 154.

*Miracula* MOYSIS & JESU CHRISTI, *si vere ita patrata sunt, naturae legibus altiora, nec ullis daemonum praestigiis obnoxia fuisse*, PHYSICE *certum est.* Uniformi enim experientia NATURAE LEGIBUS adversatur, voce hominum maria dividi, solem sisti, mortuos suscitari, solo imperio morbos lethales unico momento curari &c. 2.) PATRATA sunt prodigia in NOMINE DEI ad contestandam religionem (§. seq.). 3.) Moyses & Christus pollebant eminenti morum SANCTITATE. 4.) Miracula Moysis fides suae nationis, miracula Christi FIDES totius poene mundi probavit. Ergo (per §. 150.) adsunt omnes notae veri miraculi.

* Vide Orig. L. I. & II. contra Celsum & Euseb. Dem. Evang. Lib. III.

§. 155

*Miracula a Moyse & a Christo patrata sunt pro comprobanda missione divina & religione per illos a Deo revelata*. Ost. I. de Moyse. 1.) Moyses ipse (Cap. III. Gen. v. 19.) Jussu DEI probat Missionem suam Pharaoni. 2.) Cap. IV. v. I.

DEUS ipſe Moyſi tribus prodigiis probat, a ſe ipſum mitti; ſua armatum omnipotentia. 3.) Cap. XIX. v. 3. & 4. DEUS, fidem a populo de ſua paterna cura obtenturus, appellat ad Miracula a Moyſe patrata.

Oſt. II. DE CHRISTO, qui PRÆDICATIONEM cum miraculis inchoat Matth. cap. IV. v. 17. & 24. 2.) TESTIMONIUM Præcurſoris de Chriſto Cap. III. 16. miraculis confirmatur. 3.) FINEM Miraculorum ipſe Chriſtus explicat (Joan. II. v. 11. Matth. IX. 6. Matth. XII. 39., Luc. VII. 19., Joan. X. 24. Joan. XI. 41., Joan. XV. 24.)

## §. 156.

OPPONUNT 1.) *ne quidem de definitione miraculi inter Philoſophos adhuc convenit. Sed* ratio diſcrepantiæ inter Carthesianos & Leibnitzianos erat, quod quælibet factio eam ad ſuum præciſe ſyſtema optabat. Verum danda notitio, tum recepto ſignificatui COMMUNIS tum ab incertis ſyſtematibus SECRETA. Talem eſſe contendo, qualis data fuit (§. 132.). Interim pro *nominali* eam oſtentans, illius *realitatem* oſtendi ſatis (§. 132. XII.). Jam vero hic definitionum nominalium uſus in Log. (§. 147.) ſatis eſt determinatus.

AJUNT 2.) *Miracula non eſſe aptum argumentum ad dogmata comprobanda.* Sic *Moyſes* de hac veritate ipſe Deut. XIII. 1. Iſraelitas admonet; & S. *Aug.* lib. de unit. Eccleſ. cap. 15. contra Donat. Chriſtianos docet, ex miraculis non poſſe probari Eccleſiam, ſed ex Eccleſia approbari miracula. *Verum* Moyſes & Aug. hoc

DEUS ipse Moysi tribus prodigiis probat, a se ipsum mitti; sua armatum omnipotentia. 3.) Cap. XIX. v. 3. & 4. DEUS, fidem a populo de sua paterna cura obtenturus, appellat ad Mi¬racula a Moyse patrata.

Ost. II. DE CHRISTO, qui PRAEDICATIONEM cum miraculis inchoat Matth. cap. IV. v. 17. & 24. 2.) TESTIMONIUM Praecursoris de Christo Cap. III. 16. miraculis confirmatur. 3.) FINEM Miraculorum ipse Christus explicat (Joan. II. v. II. Matth. IX. 6. Matth. XII. 39., Luc. VII. 19., Joan. X. 24. Joan. XI. 41., Joan. XV. 24.)

§. 156.

OPPONUNT 1.) *ne quidem de definitione mira¬culi inter Philosophos adhuc convenit. Sed* ratio discrepantiae inter Carthesianos & Leibnitzianos erat, quod quaelibet factio eam ad suum prae¬cise systema optabat. Verum danda notitio, tum recepto significatui COMMUNIS tum ab incertis systematibus SECRETA. Talem esse contendo, qualis data fuit (§. 132.). Interim pro *nomi¬nali* eam ostentans, illius *realitatem* ostendi satis (§. 132. XII.). Jam vero hic definitionum no¬minalium usus in Log. (§. 147.) satis est de¬terminatus.

AJUNT 2.) *Miracula non esse aptum argumen¬tum ad dogmata comprobanda.* Sic *Moyses* de hac veritate ipse Deut. XIII. 1. Israelitas admo¬net; & S. *Aug.* lib. de unit. Eccles. cap. 15 contra Donat. Christianos docet, ex miraculis non posse probari Ecclesiam, sed ex Ecclesia ap¬probari miracula. *Verum* Moyses & Aug. hoc

præciſe volunt, ſi aliquando doctrina miraculis confirmata eſt, contraria quæcunque prodigia recte rejici citra ullum examen. *Unde hanc ipſam genuini miraculi prærogativam ex ſolo veritatis & certitudinis conceptu* ſupra (§. 150. X.) aſſignavimus.

ARGUUNT 3.) pro falſis *dogmatis miracula eſſe patrata*, v. g. a Veneficiis coram Pharaone, a Tito Veſpaſiano, ab Apollonia Tyraneo. *At negamus* univerſe, allegari poſſe miraculum pro falſo dogmate, in quo hæc tria conveniunt, primo quo ſat certo CONTESTATUM, dein quod prudentum conſenſu LEGIBUS NATURÆ REPUGNET, tertio quod nullo indicio *fraus vel præſtigia detecta* fuerit. Sic Pharao FRAUDEM veneficorum facile potuiſſet detegere, videns, a Moyſe majoris ordinis miracula humana imitatione altiora patrari. De *tribus Veſpaſiani miraculis* Tacitus & Suetonius ex RUMORE percepiſſe ſe teſtantur. Dein ADULATIO Cæſari hanc poteſtatem tribuit, quam ipſe non credidit ſibi ineſſe, ideoque medicos conſuluit. *Prodigia Apollonii* poſt 120 annos refert Philoſtratus *Sophiſta*, cujus fraudes Euſebius refutat contra Hieroclem.

PROBANT 4.) *religionem Chriſtianam* ad omnes æque pertinere. Atqui nimium acumen requiritur ad miracula diſcernenda, quam ut pro vulgo hominum inſtar criterii ſerviant. *Reſpond.* quædam *naturæ leges* ruſtico æque ac philoſopho obviæ ſunt. *Dein* ad DEI providentiam pertinebat, iis miraculis religionem confirmare, quæ & docti & rudes legibus naturæ adverſari intelligerent.

5.) *Sal-*

praecise volunt, si aliquando doctrina miraculis confirmata est, contraria quaecunque prodigia recte rejici citra ullum examen. *Unde hanc ipsam genuini miraculi praerogativam ex solo veri¬ tatis & certitudinis conceptu* supra (§. 150. X.) assignavimus.

ARGUUNT 3.) pro falsis *dogmatis miracula esse patrata*, v. g. a Veneficiis coram Pharaone, a Tito Vespasiano, ab Apollonia Tyraneo. *At negamus* universe, allegari posse miraculum pro falso dogmate, in quo haec tria conveniunt, pri¬ mo quo sat certo CONTESTATUM, dein quod pru¬ dentum consensu LEGIBUS NATURAE REPUGNET, tertio quod nullo indicio *fraus vel praestigia dete¬ cta* fuerit. Sic Pharao FRAUDEM veneficorum facile potuisset detegere, videns, a Moyse ma¬ joris ordinis miracula humana imitatione altio¬ ra patrari. De *tribus Vespasiani miraculis* Taci¬ tus & Suetonius ex RUMORE percepisse se te¬ stantur. Dein ADULATIO Caesari hanc potesta¬ tem tribuit, quam ipse non credidit sibi inesse, ideoque medicos consuluit. *Prodigia Apollonii* post 120 annos refert Philostratus *Sophista,* cu¬ jus fraudes Eusebius refutat contra Hieroclem.

PROBANT 4.) *religionem Christianam* ad om¬ nes aeque pertinere. Atqui nimium acumen re¬ quiritur ad miracula discernenda, quam ut pro vulgo hominum instar criterii serviant. *Respond.* quaedam *naturae leges* rustico aeque ac philosopho obviae sunt. Dein ad DEI providentiam perti¬ nebat, iis miraculis religionem, confirmare, quae & docti & rudes legibus naturae adversa¬ ri intelligerent.

5.) *Saltem præterita miracula nullam vim convincendi habent.* Addiſcuntur enim teſtimonio humano. Atqui certitudo hæc moralis eliditur certitudine phyſica, quam ipſi habemus de eventibus quotidianis contrariis. Ita Hume (Eſſais X.). *Sed* imprimis ſic neque præſentia miracula vim haberent. Certitudo enim phyſica de præſente miraculo elideretur certitudine phyſica de oppoſito. At nempe omnis certitudo phyſica eſt *conditionata*, niſi Deus actione ſua interveniat. Ergo ſi certitudo phyſica in ſua jam notione conditionem de abſentia miraculi involvit; poſito caſu, quo miraculum hoc eveniat, miraculi certitudinem non elidit.

Addit 6.) *Chriſtiani perpetuum miraculum in Euchariſtia agnoſcunt.* Jam qualiscunque ſit teſtimonii id atteſtantis certitudo, præſente tamen ſenſuum teſtimonio eliditur. *Verum* errat adverſarius, *dum factum a veritate* non diſtinquit. Revelatio eſt factum; atque de hoc ſuppetit certum Apoſtolorum teſtimonium. Præsentia Chriſti eſt veritas, quæ autoritate & potentia DEI Hominis, h. e. teſtimonio divino nititur. Physica ergo ſenſuum certitudo non cum teſtimonio humano, ſed cum divino, metaphyſice vero colliditur.

## ARTICULUS II.

### *Demonſtratio ex Prophetis.*

Ostendenda hic tria iterum ſunt. 1.) Quid prophetica, & an ſoli Deo ſit propria? 2.) Quibus prophetiis revelatio religionis

5.) *Saltem praeterita miracula nullam vim convincendi habent.* Addiscuntur enim testimonio humano. Atqui certitudo haec moralis eliditur certitudine physica, quam ipsi habemus de even¬tibus quotidianis contrariis. Ita Hume (Essais X.) *Sed* imprimis sic neque praesentia miracu¬la vim haberent. Certitudo enim physica de praesente mirculo elideretur certitudine physica de opposito. At nempe omnis certitudo physica est *conditionata,* nisi Deus actione sua interveniat. Ergo si certitudo physica in sua jam notione conditionem de absentia miraculi involvit; posito casu, quo miraculum hoc eveniat, miraculi cer¬titudinem non elidit.

ADDIT 6.) *Christiani perpetuum miraculum in Eucharistia agnoscunt.*

Jam qualiscunque sit testimonii id attestantis certitudo, praesente ta¬men sensuum testimonio eliditur. *Verum* errat adversarius, *dum factum* a *veritate* non distin¬quit. REVELATIO est FACTUM; atque de hoc fuppetit certum Apostolorum testimonium. PRAE¬SENTIA Christi est VERITAS, quae autoritate & potentia DEI Hominis, h. e. testimonio divino nititur. PHYSICA ergo sensuum certitudo non cum testimonio humano,

sed cum DIVINO, me¬taphysice vero colliditur.

## ARTICULUS II.

*Demonstratio ex Prophetis.*

OSTENDENDA hic tria iterum sunt. 1.) Quid PROPHETICA, & an soli Deo sit propria? 2.) Quibus prophetiis REVELATIO religionis

Chriſtianæ, 3.) quibus NEXUS revelationis in utroque teſtamento demonſtretur.

## §. I. *Quid ſit, & an ſoli Deo conveniat prophetia.*

### §. 157.

*Prophetia* eſt prædictio abſoluta & præciſa eventus futuri liberi.

* *Abſoluta*; ut differat a conjecturis, *præciſa*; ut differat a disjunctivis vel indeterminatis propoſitionibus, *eventus futuri*; præſentia enim ſenſu haurimus, *liberi* naturales enim etiam futuras mutationes vel experientia uniformi exſpectare, vel ſcientia prædicere poſſumus.

### §. 158.

*Deus eſt infinite perfectus, & immutabilis*, ut infinite perfectus OMNIA ſit; ut immutabilis, omnia ab ÆTERNO ſciverit neceſſe eſt. Ergo *Deus* OMNIA CLARISSIME & CERTISSIME *ab* ÆTERNO *prævidet.*

### §. 159.

*Res futuras liberas ſcire præter Deum nulli convenit.* Quonam enim nullus intellectus finitus ſe ſolo ad cognoſcendum quodvis objectum determinatus eſt: a ratione extranea determinari ad id debet: atqui ad cognoſcendum eventum liberum a nulla extranea ratione determinari poteſt: eventus enim liberi vi notionis nul-

la

Christianae, 3.) quibus NEXUS revelationis in utroque testamento demonstretur.

§. I. *Quid sit, & an soli Deo conveniat prophetia.*

§. 157.

Prophetia est praedictio absoluta & praecisa eventus futuri liberi.

* *Absoluta;* differat a conjecturis, *praecisa;* ut differat a disjunctivis vel indeterminatis propositionibus, *eventus futuri*; praesentia enim sensu haurimus, *liberi* na¬turales enim etiam futuras mutationes vel experientia uniformi exspectare, vel scientia praedicere possumus.

§. 158.

*Deus est infinite perfectus, & immutabilis*, ut infinite perfectus OMNIA sit; ut immutabilis omnia ab AETERNO sciverit necesse est. Ergo *Deus* OMNIA CLARISSIME & CERTISSIME *ab* AETERNO *praevidet.*

§. 159.

*Res futuras liberas scire praeter Deum nulli convenit.* Quonam enim nullus intellectus fini¬tus se solo ad cognoscendum quodvis objectum determinatus est: a ratione extranea determina¬ri ad id debet: atqui ad cognoscendum even¬tum liberum a nulla extranea ratione determi¬nari potest: eventus enim liberi vi notionis nul¬

la adhuc ratio abſoluta ſufficiens exiſtit, ſed ipſe eſt ratio partialis ſui ultima.

I. Characteres divinæ prophetiæ. 1.) Absoluta prædictio, 2.) eventus futuri liberi. 3.) Cum asservatione, & adjunctorum quorumdam individuantium enumeratione.

II. Prophetiæ hoc prærogativæ præ prodigiis habent, quod per ſe ſoli Deo, nec ſpiritibus bonis, nec malis conveniant.

## §. II. *Prophetiæ revelationem Chriſtianæ Religionis comprobantes.*

## §. 160.

*Prophetiæ* aliæ *claræ*. *Obſcuræ aliæ* 2.) Modus tamen obſcuritatis eſt diverſus ab obſcuritate ænigmatum. 3.) Ratio obſcuritatis eſt I. ipſa *Multitudo* prophetiarum, II. *provocatio* Attentionis amplioris. III. Natura prophetiarum quarundam, quas idcirco ſecundarias dicimus, quia Chriſtum nonniſi ſub Typo reſpiciunt. IV. *Libertas* relinquanda Judaeis in recipiendis prophetiis. V. *Conſilium* divinæ ſapientiæ, quæ ipſam prophetiarum executionem nunquam obtinuiſſet, ſi prophetias clariori luce ſuperfuſas exhibuiſſet. Certe ſi *cognoviſſent* Dominum gloriæ, non crucifixent. Hinc prophetiarum lux ita moderanda fuit, ut & auctoritatem divinam veritatis amantibus conteſtarentur, & veritatis amplexandæ libertatem relinquerent veritatis oſoribus. VI. *Ratio* ſpecialis obſuritatis eſt, quia duplex Meſſiæ adventus, duplex Ec-

cleſiæ

la adhuc ratio absoluta sufficiens existit, sed ipse est ratio partialis sui ultima.

I. CHARACTERES DIVINAE PROPHETIAE. 1.) ABSOLUTA praedictio, 2.) eventus FUTURI LIBE¬RI. 3.) Cum ASSERVATIONE, & adjunctorum quorumdam INDIVIDUANTIUM enumeratione.

II. Prophetiae hoc praerogativae prae prodi¬giis habent, quod per se soli Deo, nec spiriti¬bus bonis, nec malis conveniant.

§. II. *Prophetiae revelationem Christianae Religionis comprobantes.*

§. 160.

*Prophetiae* aliae *clarae. Obscurae aliae* 2.) Mo¬DUS tamen obscuritatis est diversus ab obscuri¬tate aenigmatum.. 3.) RATIO oblscuritatis est I. ipsa *Multitudo* prophetiarum, II. *provocatio* At¬tentionis apolioris. III. NATURA prophetiarum quarundam, quas idcirco secundarias dicimus, quia Christum nonnisi sub Typo respiciunt. IV. *Libertas* relinquanda Judaeis in recipiendis prophetiis.

V. *Consilium* divinae sapientiae, quae ipsam prophetiarum executionem nunquam obtinuisset, si prophetias clariori luce super¬fusas exhibuisset. Certe si *cognovissent* Domi¬num gloriae, non crucifixent. Hinc prophetia¬rum lux ita moderanda fuit, ut & auctoritatem divinam veritatis amantibus contestarentur, & veritatis amplexandae libertatem relinquerent ve¬ritatis osoribus. VI. *Ratio* specialis obsuritatis est, quia duplex Messiae adventus, duplex Ec¬

cleſiæ ſtatus, duplex captivitas, duplex liberatio prædicta fuit.

## §. 161.

Prophetiæ tria complectuntur 1.) *atteſtationem* eventus liberi. 2.) *Anteceſſionem* congruam atteſtationis ante *eventum*. 3.) *Eventum* illi reſpondendum.

## §. 162.

### *Prophetiæ veteris teſtamenti præcipuæ*

I. Jacob moriturus Geneſ. XLIX. prædixit *Judæ poſteris* regnum, *Zabuloni* regionem, a tribu ejus poſthuma ſorte habitandam, ex *Dani poſteris* aliquem Iſraelis judicem deſignat. *Eventus* (a) I. Reg. 16. ſecundus mox Rex, David, ex *ſtirpe Juda* fuit; eadem tribus Juda regimen, partim per reges, partim per duces usque ad Chriſti ætatem continuat. (b) Lib. Joſue XIX. 10. *Zabulon* prædictam regionem obtinet. (c) Ex *tribu Dan* progenitus Samſon & ipſe judicat Iſraelem circiter 550. annis poſt mortem Jacobi. *Adde*, quod Moyſes 100 & amplius annis poſt Jacobi prædictionem, hoc factum, literis conſignavit, eo tempore, quod illi nullum naturale talis futuri eventus ſignum ſuppeditabat.

* Longe plures Prophetæ hanc præceſſere v. g. Gen. III. 15. Gen. XV. 13. item Gen. VI. & VIII., Sed ideo a nobis amittuntur, vel quia *minus claræ*, vel primum *poſt eventum* a Moyſe ſunt conſignatæ.

§. 163.

clesiae status, duplex captivitas, duplex libera¬ tio praedicta fuit.

§. 161.

PROPHETIAE tria complectuntur 1.) *attesta¬ tionem* eventus liberi. 2.) *Antecessionem* con¬ gruam attestationis ante *eventum.* 3.) *Eventum* illi respeondendum.

§. 162

*Prophetiae veteris testamenti praecipue*

I. Jacob moriturus Genes. XLIX. praedixit *Judae posteris* regnum, *Zabuloni* regionem, a tribu ejus posthuma sorte habitandam, ex *Dani posteris* aliquem Israelis judicem designat. *Even¬ tus* (a) I. Reg. 16. secundus mox Rex, David, ex *stirpe Juda* fuit; eadem tribus Juda regi¬ men, partim per reges, partim per duces us¬ que ad Christi aetatem continuat. (b) Lib. Jo¬ sue XIX. 10. *Zabulon* praedictam regionem ob¬ tinet. (c) Ex *tribu Dan* progenitus Samson & ipse judicat Israelem circiter 550. annis post mortem Jacobi. *Adde,* quod Moyses 100 & am¬ plius annis post Jacobi praedictionem, hoc fa¬ ctum, literis consignavit, eo tempore, quod illi nullum naturale talis futuri eventus signum sup¬ peditabat.

* Longe plures Prophetae hanc praecessere v. g. Gen. III. 15. Gen. XV. 13. item Gen. VI. & VIII., Sed ideo a nobis amittuntur, vel quia *minus clarae*, vel primum *post eventum* a Moyse sunt consignatae.

§. 163.

II. Moyses miraculis legem a Deo acceptam confirmantibus innumeras prophetias adjunxit. (a) Exod XIX. 3. 4. 5. 6., & Deuteron XXVI. 18. 19. promittit legem ſervantibus, populum fore *exceſſiorem cunctis gentibus*. (b) Exod. XXXIV. 24. & Deuteron. XVII. 1. ſeqq. promittit, a Deo

§. 164.

Iſraelitas in terram promiſſam, ejectis aliis gentibus iri introductum. (c) Ibidem habitaturis, ſi mandata cuſtodiant, *fertilitatem*, *pacem*, *victoriam*, promittit; ſin transgrediantur, *mala omnia* minantur, ſi rurſus pœnitentiam agant, *miſericordiam* DEI pollicetur Levit. XXVI. 3. ſqq. (d) Moyſes omnia promiſſa, minas, repetit earumque executionem deſcribit Levit. XXXII. (e) Adde prædictionem (Num. XIV. 22. ſeqq.), omnes viginti annos natos in deſerto morituros, in pœnam querelarum adverſus Deum, exceptis Joſue, Caleb. Eventus. Promissiones impletas leges Joſue XXIV. 31., Jud. XI. 7., præcipue Joſue XXI. 4. 8., & XIII. 14. minas impletas exhibet Lib. Judith. II. 10. &c. item III. 7. 9. 15. IV. 3. VI. 1. 7. X. 6. 10. XIII. 1. XX. 26. eædem afflictionum & proſperitatem vices usque ad ætatem Chriſti perdurabant.

* En Legislatorem, qui elementa & ipſum Deum legum ſuarum executorem conſtituit. An vero impoſtorem, an philoſophum, an politicum, an præſtigiatorem *dicere audebis, qui niſi a Deo illuſtratus fuerit*, maxime *inſanus* ſimul & *ſapientiſſimus* videri debet.

§. 165.

§. 163.

II. MOYSES miraculis legem a Deo acceptam confirmantibus innumeras prophetias adjunxit. (a) Exod XIX. 3. 4. 5. 6., & Deuteron XXXVI. 18. 19. promittit legem servantibus, populum fore *excessiorem cunctis gentibus.* (b) Exod. XXXIV. 24. & Deuteron. XVII. 1. seqq. promit¬tit, a Deo

§. 164.

Israelitas in terram promissam, ejectis aliis gentibus iri introductum. (c) Ibidem habitatu¬ris, si mandata costodiant, *fertilitatem, pacem, victoriam,* promittit; sin transgrediantur, *mala* omnia minantur, si rursus poenitentiam agant, *misericordiam* DEI pollicetur Levit. XXVI. 3. sqq. (d) Moyses omnia promissa, minas, repetit ea¬rumque executionem describit Levit. XXXII. (e) Adde praedictionem (Num. XIV. 22. seqq.), omnes viginti annos natos in deferto moritu¬ros, in poenam querelarum adversus Deum, ex-ceptis Josue, Caleb. EVENTUS. PROMISSIONES impletas leges Josue XXIV. 31., Jud. XI. 7., praecipue Josue XXI. 4. 8., & XIII. 14. MINAS impletas exhibet Lib. Judith. II. 10. &c. item III. 7. 9. 15. IV. 3. VI. 1. 7. X. 6. 10. XIII. 1. XX. 26. eaedem afflictionum & prosperitatem vices usque ad aetatem Christi perdurabant.

* En Legislatorem, qui elementa & ipsum Deum legum suarum executorem constituit. An vero impo¬storem, an philosophum, an politicum, an praestigiato¬rem *dicere audebis, qui nisi a Deo illustratus fuerit*, ma-xime *insanus* simul & *sapientissimus* videri debet.

## §. 165.

Prophetia Josue Joſ. Lib. VI. 26. *Maledictus vir coram Domino, qui ædificaverit & ſuſcitaverit civitatem Jericho. In primogenito ſuo fundamenta illius jaciat, & in noviſſimo liberorum ponat portas ejus.* Eventus de verbo ad verbum poſt 500. annos ſub Rege Achab (III. Lib. reg. 16. 34.) legitur.

## §. 166.

Alia prophetia III. Reg. 13. 1. ſeq. Cum Jeroboam in Bethel altare erigeret, venit Vir DEI de Juda, & prædixit, Joſiam ſacerdotes immolaturum. Eventus habetur IV. Reg. 23.

## §. 167.

Isaias XIII. 19. Urbi Babylon ſortem futuram prædicit eo tempore, quo illius ne minima ſuſpicio erat. Cap. ſeq. v. 23. addit: *& ponam eam in poſſeſſionem ericii, & in paludes aquarum.* Eventus 1.) in ſolitudinem rediit, ut Plinius teſtatur, lib. 6. c. 26., *exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ a Nicanore.* 2.) *Ætate S. Hieronymi* incolis hominibus jam apri, leopardi, urſi, onagri ſylveſtres & cervi ſucceſſere. 3.) Certum eſt, Euphratis undas alveo egreſſas regionem hanc ita inundaſſe; ut illius porro locum definire peritiſſimi Geographi neſciant. II. Idem Iſaias (XLIV. 28.) Iſraelitis Deum liberatorem ex babylonica captivitate promittit, pergens (XIV. 1.) oracula ſua effari.

Even-

§. 165.

PROPHETIA Josue Jos. Lib. VI. 26. *Maledictus vir coram Domino, qui aedificaverit & suscitaverit civitatem Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus.* EVENTUS de verbo ad verbum post 500. annos sub Rege Achab (III. Lib. reg. 16. 34.) legitur.

§. 166.

ALIA PROPHETIA III. Reg. 13. I. seq. Cum Jeroboam in Bethel altare erigeret, venit Vir DEI de Juda, & praedixit, Josiam sacerdotes immolaturum. EVENTUS habetur IV. Reg. 23.

§. 167.

ISAIAS XIII. 19. Urbi Babylon fortem futuram preadicit eo tempore, quo illius ne minima suspicio erat. Cap. seq. v. 23. addit: *& ponam eam in possessionem ericii, & in paludes aquarum*. EVENTUS 1.) in solitudinem rediit, ut Plinius testatur, lib. 6. c. 26., *exhausta vicinitate Seleuciae, ob id conditae a Nicanore.* 2.) *AEtate S. Hieronymi* incolis hominibus jam apri, leopardi, ursi, onagri sylvestres & cervi successere. 3.) Certum est, Euphratis undas alveo egressas regionem hanc ita inundasse; ut illius porro locum definire peritissimi Geographi nesciant. II. Idem Isaias (XLIV. 28.) Isrealitis Deum liberatorem ex babylonica captivitate promittit, pergens (XIV. 1.) oracula sua effari.

Eventum leges I. Eſdræ I. poſt circiter 170. annos.

* Similes prædictiones in Jeremia, Daniele, imo omnibus prophetarum libris reperire eſt.

## §. 168.

### *Prophetiæ Jeſu Chriſti præcipuæ*

I. *De obſtinatione gentis judaicæ, Jeroſolymæ ac Templi everſione.* a.) Matth. VIII. 10. *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* b.) Luc XIII. 28. c.) Matth. XXI. 28. & 33. *Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum DEI, & dabitur genti facienti fructus ejus.* d.) Idem clarus Matth. XXII. 32. *implete menſuram patrum veſtrorum. . . . Ecce ego mitto ad vos Prophetas . . . Et ex illis occidetis . . . ut veniat ſuperos omnis ſanguis Juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel juſti usque ad ſanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis venient hæc omnia ſuper* generationem iſtam. Ecce tempus expreſſum, quo veniet ultio effuſi ſanguinis, nempe ipſa ætate & memoria Judæorum tunc viventium. Pergit inde . . . . *Ecce relinqueretur vobis Domus veſtra deſerta.* e.) Luc. XIX. 41. . . . *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.* . . . . f.) Matth. XXIV. *oſtendens muros ait: videtis hæc omnia . . . non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* g.) Jam exiens ad Golgatham ait flentibus feminis Luc. XXIII. 28. *ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros; quoniam ecce venient dies &c.* . . . . Eventus. Judæi obſtinati, occiſo Chriſto, Apoſtolos perſecuti, Geminos Jacobos

EVENTUM leges I. Esdrae I. post circiter 170. annos.

* Similes praedictiones in Jeremia, Daniele, imo omnibus prophetarum libris reperire est.

§. 168.

*Prophetiae Jesu Christi praecipuae*

I. *De obstinatione gentis judaicae, Jerosolymae ac Templi eversione.* a.) Matth. VIII. 10. *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit flets & stridor dentium.* b.) Luc XIII. 28. c.) Matth. XXI. 28. & 33. *Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum DEI, & dabitur genti facienti fructus ejus*. d.) Idem clarus Matth. XXII. 32. *implete mensuram patrum vestrorum. . . .* Ecce ego mitto ad vos Prophetas . . . *Et ex il¬lis occidetis . .. ut veniat superos omnis sanguis Justus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariae, filii Ba¬rachiae, quem accidistis inter templum & altare. Amen dico vobis venient haec omnia super* GENE-RATIONEM istam. Ecce tempus expressum, quo veniet ultio effusi sanguinis, nempe ipsa aetate & memoria Judaeorum tunc viventium. Pergit inde ... *Ecce relingueretur vobis Domus vestra deserta*. e.) Luc. XIX. 41. ... *Non relinquent in te lapidem super lapidem ...*

f.) Matth. XXIV. *ostendens muros ait: videtis haec omnia ... non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.* g.)

Jam exiens ad Golgatham ait flentibus feminis Luc. XXIII. 28. *super vos ipsas flete, & super filios vestros; quoniam ecce venient dies &c. ...*

EVENTUS. Judaei obstinati, oc¬ciso Christo, Apostolos persecuti, Geminos Jaco-

bos occidunt, Stephanum lapidant, per Romanos ad id excitatos, odio ſuo principes Apoſtolorum Petrum & Paulum immolant. Interim anno 38. poſt mortem Chriſti teſte Joſepho Judæo, eoque oculari, miles titi, urbe capta, deſtruit igne *templum.* Sub Juliano cum fundamenta reſtaurare templi ſui vellent Judæi, ignis e terra erumpens ædificii conſilium abrupit, nec lapidem ſuper lapide quieſcere paſſus eſt, ſi quis forſan inde ab *Excidio* quieviſſet. h.) Prædictio multo præciſior de ſorte totius nationis extat Matth. XXIV., Marc. XIII., XXI. Luc. Capita præcipua ſunt 1.) prævia diſcipulorum Chriſti *perſecutio*, 2.) *Obſidio* Jeroſolymæ. 3.) *Fuga* aſſeclarum Chriſti in loca deſerta. 4.) Ingentes urbis *ærumnæ.* 5.) Multi *Pſeudo-Chriſti.* 6.) *Everſio* Jeroſolymæ. 7.) *Diſperſio* Judæorum in omnes gentes, & quædam captivitatis ſpecies 8.) *usque ad finem* nationum omnium. De Eventu circa I. *Caput* teſtantur Acta Apoſt. Cap. V. VIII. XV. XVI. XXI., Suetonius de Nerone cap. 16., Lactantius L. IV. c. 21. De divina inſtit. circa *II. & III. Caput* teſtatur Joſephus L. II. *de bello Jud.* c. 22. Euſeb. Epiph. Nazianz. *Circa caput IV.* inſuper documenta affert Fleurius in hiſt. Eccleſ. T. I. L. 1. §. 37. ſeqq. *circa caput V.* narrat Joſephus Lib. 20. Antiq. c. 6. & Lib. 2. de bello c. 22. vide denuo Fleurium T. I. Lib. I. §. 54. Erant quoque id genus impoſtores extra Judæam uti Elimas, Apollonius Thyanæus, Simon Magus. *De VI. capite* conſtat itidem ex Judæo Joſepho, urbem eodem die a Tito eſſe vaſtatam, quo olim a Nabuchodonoſore. *Septimum* Caput nunc quoque in oculos incurrit, & *octavum* hodiedum mirabili modo impleri pergit.

* Hæ

bos occidunt, Stephanum lapidant, per Roma¬ nos ad id excitatos, odio suo principes Aposto¬ lorum Petrum & Paulum immolant. lnterim anno 38. post mortem Christi teste Josepho u¬ daeo, eoque oculari, miles titi, urbe capta, de¬ struit igne *templum.* Sub Juliano cum funda¬ menta restaurare templi sui vellent Judaei, ignis e terra erumprens aedificii consilium abrupit, nec lapidem super lapide quiescere passus est, si quis forsan inde ab *Excidio* quievisset. h.) Praedictio multo praecisior de sorte totius nationis etat Matth. XXIV., Marc. XIII., XXI. Luc. Capita praecipua sunt 1.) praevia discipulorum Christi *persecutio,* 2.) *Obsidio* Jerosolymae. 3.) *Fuga* as- seclarum Christi in loca deserta. 4.) Ingentes urbis *aerumnae.* 5.) Multi *Pseudo- Christi*. 6.) *Eversio* Jerosolymae. 7.) *Dispersio* Judaeorum in omnes gentes, & quaedam captivitatis species 8.) usque ad finem nationum omnium. De EVENTU circa I. *Caput* testantur Acta Apost. Cap. V. VIII. XV. XVI. XXI., Suetonius de Nerone cap. 16., Lactantius L. IV. c. 21. De divina instit. circa *II. & III. Caput* testatur Jo¬ sephus L. II. *de bello Jud*. c. 22. Euseb. Epiph. Nazianz. *Circa caput IV.* insuper documenta af¬ fert Fleurius in hist. Eccles. T. I. L. I. §. 37. seqq. *circa caput V*. narrat Josephus Lib. 20. Antiq. c. 6. & Lib. 2. de bello c. 22. vide de¬ nuo Fleurium T. I. Lib. I. §. 54. Erant quo- que id genus impostores extra Judaeam uti Eli¬ mas, Apollonius Thyanaeus, Simon Magus. *De VI. capite* constat itidem ex Judaeo Josepho, urbem eodem die a Tito esse vastatam, quo olim a Nabuchodonosore. *Septimum* Caput nunc quoque in oculos incurrit, & *octavum* hodiedum mirabili modo impleri pergit.

* Hæc ipſa Conſervatio Judæorum minime ſuſpectum *tum veritati ſcripturarum*, tum *divinitati Jeſu Chriſti* teſtimonium circumfert in toto mundo. Itaque Juſtitia DEI Judæis quidem terribilis, ſed electis ſimul maxime amabilis videri debet.

## §. 169.

II. *Altera ex præcipuis prophetiis eſt de converſione gentium & propagatione Religionis ſuæ*, alteri de obſtinatione judæorum jungi ſolita.

Sic a.) Matth. VIII. 8.: *multi ab oriente & occidente venient & recumbent* CUM ABRAHAM, ISAAC, & JACOB *in regno cœlorum :* filii autem regni &c. idem prædicit Luc. XIII. 29. b.) Matth. XXI. 33., & Luc. XX. 16 ſub parabola *vinctorum perfidorum* domum fidei transferendum prædicit. c.) Idem explicat in parabola de *cœna magna* Matth. XXII. 2. & Luc. XIV. 16. d.) Huc pertinent teſtimonia Matth. XXIV. 14. XXV. 46., Act. I. 8. e.) *Perpetuitatem* Eccleſiæ promittit Matth. XVI. 18. tu es Petrus &c. Matth. XXVIII. 20. Ecce ego vobiscum ſum &c. f.) *Dilatationem* Eccleſiæ ſuæ prænunciant Matth. XIII. 31. Exemplo Sinapis. g) Opus hoc *effectum* iri per rudes homines duodecim Matth. XXVIII. 18. queis donum miraculorum (Marc. XVI. 17.) & ſpiritum ſapientiæ (Luc. XXIV. 49.) promittit. EVENTUS RESPONDENS, prout Ill. Boſſuet. diſcours ſur l'hiſtoire univerſelle c. 2. memorat. 1.) *Prima fidei* fundamenta jacta ſunt Judeæ & Samariæ (Act. II. 5. Act. IV. VI. VII., ait VIII. IX.) 2.) *Inde Paulus converſus*, ut gentibus prædicaret, & *Petrus* Cornelio Centurioni ceterisque paganis Evange-

* Haec ipsa Conservatio Judaeorum minime suspe¬
ctum *tum veritati scripturarum*, tum *divinitati Jesu Christi* testimonium circumfert in toto mundo. Itaque Justitia DEI Judaeis quidem terribilis, sed electis simul maxime amabilis videri debet.

§. 169.

II. *Altera ex praecipuis prophetiis est de con¬
versione gentium & propagatione Religionis suae,* aötero de obstinatione judaeorum jungi solita. Sic a.) Matth. VIII. 8.: *multi ab oriente¬
& occidente venient & recumbent* CUM ABRAHAM, ISAAC, & JACOB in *regno caelorum*: filii autem regni &c. idem praedicit Luc. XIII. 29. b.) Matth. XXI. 33., & Luc. XX. 16 sub parabola *vinctorum perfidorum* domum fidei transferendum praedicit. c.) Idem explicat in parabola de *cae¬
na magna* Matth. XXII. 2. & Luc. XIV. 16. d.) Huc pertinent testimonia Matth. XXIV. 14 XXV. 46., Act. I. 8. e.) *Perpetuitatem* Eccle¬
siae promittit Matth. XVI. 18. tu es Petrus &c. Matth. XXVIII. 20. Ecce ego vobiscum sum &c. f.) *Dilatationem* Ecclesiae suae praecunciant Matth. XIII. 31. Exemplo Sinapis. g) Opus hoc *effectum* iri per rudes homines duodecim Matth. XXVIII. 18. queis donum miraculorum (Marc. XVI. 17.) & spiritum sapientiae (Luc. XXIV. 49.) promittit EVENTUS RESPONDENS, prout III. Bossuet. discours sur l'histoire univer¬
selle c. 2. memorat. 1.) *Prima fidei* fundamen¬
ta jacta sunt Judeae & Samariae (Act. II. 5. Act. IV. VI. VII., ait VIII. IX.) 2.) *Inde Paulus conversus*, ut gentibus praedicaret, & *Petrus* Cornelio Centurioni ceterisque paganis Evange¬

lium annunciat. 3.) Idem Petrus (I. Pet. I.) nominat Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, Bithyniam, in quibus provinciis prædicarit. 4.) Paulus (Rom. XV. 19.) ait ſe prædicaſſe a Jeruſalem per circuitum usque ad Illyricum. Atqui Illyricum tunc continebat Palæſtinam, Aſiam minorem, Syriam, Thraciam, Macedoniam, Græciam &c. 5.) *Eſt conſtans traditio*, S. Thomam in Indias, & Apoſtolos univerſe in omnes totius orbis partes evangelium detuliſſe. Vide plura in Tertull. Lib. I. contra Jud. c. 7. & Apol. c. 27. Orig. tract. 28. in Matth. 6.) *Neque tunc finita eſt* Evangelii propagatio, ſed maxime ſeculo 7mo, 10mo, & præprimis 16mo & 17mo adaucta. Inde Apparat. Erudit. P. Joſ. Biner P. XII. Jam vero Modus propagationis divinus eſt. Nam 1.) non illa ſe diffudit, ut Theismus, accommodando dogmata captui naturali, ſed ea ſuper intellectum elevando. Triumphavit ergo *obſcuritas fidei de ſubtilitate rationis.* 2.) Non ut Polytheismus, blandiendo affectionibus malis, ſed iis reſiſtendo. Triumphavit ergo *de libidine hominum ſanctitas religionis.* 3.) Non ut Atheismus, vanis ſubtilitatibus pugnando, ſed per homines pauperes, rudes, impotentes, dogmata inperceptibilia toti pœne mundo perſuaſit. 4.) Non uti Mahometismus *armorum violentia, ſed manſuetudine & patientia de furore adverſariorum & ſtultitia crucis de prudentia carnis triumphavit.*

* Addo reflexionem ingenio Bossuetii dignam. DEUS, mundum hunc creans voluit homines, obvio perfectionum ex univerſo hoc relucentium intuitu ad admiranda divniæ ſapientiæ prodigia perducere; ſed cum homines, rationis abuſu, hac DEI ſapientia pariter abuterentur, infirmitati eorum per ſtultitiam crucis conſule-

re

lium annunciat. 3.) Idem Petrus (I. Pet. I.) nominat Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bithyniam, in quibus provinciis praedicarit. 4.) Paulus (Rom. XV. 19.) ait se praedicasse a Je¬rusalem per circuitum usque ad Illyricum. At¬qui Illyricum tunc continebat Palaestinam, Asiam minorem, Syriam, Thraciam, Macedoniam, Graeciam &c. 5.) *Est constans traditio*, S. Tho¬mam in Indias, & Apostolos universe in omnes totius orbis partes evangelium detulisse. Vide plura in Tertull. Lib. I. contra Jud. c. 7. & Apol. c. 27. Orig. tract. 28. in Matth. 6.) *Ne¬que tunc finita est* Evangelii propagatio, sed ma¬xime seculo 7mo, 10mo, & praeprimis 16mo & 17mo adaucta. Inde Apparat. Erudit. P. Jos. Biner P. XII. JAM VERO MODUS propagationis divinus est. Nam 1.) non illa se diffudit, ut THEISMUS, accommodando dogmata captui natura¬li, sed ea super intellectum elevando. Trium¬phavit ergo *obscuritas fidei de subtilitate rationis.* 2.) Non ut POLYTHEISMUS, blandiendo affectio¬nibus malis, sed iis resistendo. Triumphavit er¬go *de libidine hominum sanctitas religionis.* 3.) Non ut ATHEISMUS, vanis subtilitatibus pugnan¬do, sed per homines pauperes, rudes, impoten¬tes, dogmata inperceptibilia toti poene mundo persuasit. 4.) Non uti MAHOMETISMUS *armorum violentia, sed mansuetudine & patientia de furore adversariorum & stultitia crucis de prudentia car¬nis triumphavit.*

* ADDO REFLEXIONEM INGENIO BOSSUETII DIG¬NAM. DEUS, mundum hunc creans voluit homines, obvio perfectionum ex universo hoc relucentium intuitu ad admiranda divinae sapientiae prodigia perducere; sed cum homines, rationis abusu, hac DEI sapientia pariter abu¬terentur, infirmitati eorum per stultitiam crucis consule¬

re placuit. Hinc S. Paulus in eandem ſententiam citat illud Iſaiæ: *perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobo.*

## §. 170.

III. *Tertia præcipua Chriſti prophetia de ſua paſſione & reſurrectione.* Matth. XX. 17., Marc. X. 32., Luc. XVIII. 31. prædicit Chriſtus adcurate 1.) *ſe tradendum* principibus ſacerdotum. 2.) Ab his morte *damnandum.* 3.) *Tradendum* gentibus, 4.) ab his *illudendum:* 5.) *conſpuendum;* 6.) *flagellandum,* 7.) *crucifigendum,* 8.) ſe tertia die *reſurrecturum.* Qua de reſurrectione præcipue pluribus aliis vicibus repetiit prædictionem, uti Matth. XVI. 21. & XVII. 9. & 22. item XXVI. 32., *ceu certiſſimum divinitatis & miſſionis ſuæ argumentum.* Jam vero hæc prophetia prædicit res FUTURAS LIBERAS tum hominum tum DEI cum ſingulis adjunctis, queis EVENTUM reſpondiſſe æque notiſſimum eſt.

## §. III. *Prophetiæ revelationis Utriusque Teſtamenti nexum demonſtrantes ex Characteribus Meſſiæ venturi.*

## §. 171.

MESSIÆ CHARACTER I. *Venturus erat ex ſemine Abrahami & Davidis Meſſias.*

Nam 1.) *Abrahamo dicit Deus: faciam te in gentem magnam, benedicam tibi . . . atque in te benedicentur univerſæ cognationes terræ* Gen. XII. 2. DEIN XVIII. 18. & clarius XXII. 18. *benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* 2.) Idem Deus

 Davidi

re placuit. Hinc S. Paulus in eandem sententiam citat illud Isaiae: *perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo.*

§. 170.

III. *Tertia praecipua Christi prophetia de sua passione & resurrectione*. Matth. XX. 17., Marc. X. 32., Luc. XVIII. 31. praedicit Christus adcurate 1.) *se tradendum* principibus sacerdotum. 2.) Ab his morte *damnandum.* 3.) *Tradendum* gentibus, 4.) ab his *illudendum:* 5.) *conspuendum:* 6.) *flagellandum,* 7.) *crucifigendum,* 8.) se tertia die *resurrecturum.* Qua de resurrectione praecipue pluribus aliis vicibus repetiit praedictionem, uti Matth. XVI. 21. & XVII. 9. & 22. item XXVI. 32., *ceu certissimum divinitatis & missionis suae argumentum*. Jam vero haec prophetia praedicit res FUTURAS LIBERAS tum homium tum DEI cum singulis adjunctis, queis EVENTUM respondisse aeque notissimum est.

§. *III. Prophetiae revelationis Utriusque Testamenti nexum demonstrates ex Characteribus Messiae venturi.*

§. 171.

MESSIAE CHARACTER I. *Venturus erat ex semine Abrahami & Davidis Messias.*

Nam 1.) Abrahamo dicit Deus: *faciam te in gentem magnam, bendicam tibi . .. atque in te benedicentur universae cognationes terrae* Gen. XII. 2. DEIN XVIII. 18. & clarius XXII. 18. *benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae*. 2.) Idem Deus

Davidi promittit a.) II. Reg. VII. 16. *fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, & thronus erit firmus jugiter.* b.) Pſ. II. 6. c.) Iſai. IX. 6. & XI. 1. d.) Jerem. XXXIII. 14. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo verbum bonum, quod locutus ſum ad domum Juda. In diebus illis germinare faciam David germen juſtitiæ, & faciet judicium & juſtitiam in terra. Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus juſtus noſter. Quia hoc dicit Daminus: non interibit de David vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael.* Jeremias ergo prædicit *Germini* Davidis *regnum perpetuum ſpirituale.* Atqui ſicut Matthæus ex genere paterno, ita teſtis æque authenticus Lucas ex materno Jeſum fuiſſe verum Filium David & Abrahami oſtendunt. *Quæ circa Genealogiam objiciuntur, infra ſuo loco diluentur.*

## §. 172.

Character II. *Meſſias futurus erat Propheta legislator inſtar Moyſis, mutans legem Moyſis in novam, perfectiorem, non ſolis Judæis ſed omnibus gentibus communem, & perpetuo duraturam.*

Lex Moyſis erat promulgata *ſoli populo* Judæorum, lex *Timoris*, plena *ceremoniarum*, ad urbem *Jeruſalem* unicam quoad ſacrificium reſtricta, *& ab homine hominibus annunciata.* Atqui 1.) promittitur Meſſias similis Moysi (Deut. XVIII. 15. 18.): *prophetam de gente tua & de fratribus tuis,* sicut me, *ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies &c. . . . .* Moyſes enim in hoc a reliquis prophetis differt, quod ſit vere legislator, Deo familiaris, & prodigiorum multitudine celebris (Deut. ult. 10.). 2.) Meſ-

Davidi promittit a.) II. Reg. VII: 16. *fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, & thronus erit firmus jugiter.* b.) Ps. II. 6. c.) Isai. XI. 6. & XI. 1. d.) Jerem. XXXIII. 14. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & su¬ scitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Juda. In diebus illis germinare faciam David germen justitiae,& faciet judicium & justitiam in terra. Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Domi¬ nus justus noster. Quia hoc dicit Daminus: non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel*. Jeremias ergo praedicit *Germini* Davidis *regnum perpetuum spirituale.* Atqui sicut Matthaeus ex genere paterno, ita testis aeque authenticus Lucas ex materno Jesum fuisse verum Filium David & Abrahami ostendunt. *Quae circa Genealogiam objiciuntur, infra suo loco diluentur.*

§. 172.

CHARACTER II. *Messias suturus erat Prophe¬ ta legislator instar Moysis, mutans legem Moysis in novam, perfectiorem, non solis Judaeis sed omnibus gentibus communem, & perpetuo duratu¬ ram.*

Lex Moysis erat promulgata *soli populo* Ju¬ daeorum, lex *Timoris,* plena *ceremoniarum,* ad urbem *Jerusalem* unicam quoad sacrificium re¬ stricta, *& ab homine hominibus annunciata.*

At¬ qui 1.) promittitur Messias SIMILIS MOYSI (Deut. XVIII. 15. 18.): *prophetam de gente tua & de fratribus tuis*, SICUT ME, *suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies &c. ....* Moyses enim in hoc a reliquis prophetis differt, quod sit vere legislator, Deo familiaris, & prodigio¬ rum multitudine celebris (Deut. ult. 10.) 2.)

Meſſias promittitur FERENS LEGEM NOVAM (Iſai. II. 3.): de Sion exhibit lex, & verbum Domini ad Jeruſalem. 3.) Meſſias promittitur ferens legem OMNIBUS GENTIBUS COMMUNEM (Iſai. II. 3. ſeqq.): *& erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in verticæ montium* (h. e. univerſis conſpicuus), *& fluent ad eam omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum DEI Jacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus.* 4.) Meſſias promittitur ferens LEGEM PERPETUO DURATURAM (Iſai LI. 4.) *Lex a me exiet . . . ſalus autem mea in ſempiternum erit, & juſtitia mea in generationes generationum.* 5.) Meſſias promittitur ferens legem GRATIÆ IN CORDIBUS SCRIPTAM (XXXI. 31.) . . . *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam.* 6.) Eædem prophetiæ ocurrunt in Michæ IV. 1. & Malachia I. 6. 7. 8. 10.

## §. 173.

CHARACTER III. *Meſſias futurus eſt Rex ſervator, & auctor ſalutis pro omnibus.*

Nam 1.) Gen. XII. 3. & alibi ſæpiſſime promittitur ceu *benedictio omnium gentium* terræ. 2.) Gen. XLIX. 10. a Jacob vocatur *exſpectatio gentium.* 3.) Pſal. II. 8. dicitur accepturus *gentes in hæreditatem, & in poſſeſſionem omnes terminos terræ.* 4.) Aggæ II. 7. dicitur *deſideratus cunctis gentibus.* 5.) Huc pertinet prophetia Zachariæ II. 9. ubi *gentes* prædicuntur, fore *prædas* eorum, qui ſibi *ſervierunt.* Scilicet Romani & *dominabantur* Judæis, & *converſi* ſunt ab Apoſtolis Jeſu Chriſti, itidem Judæis.

Messias promittitur FERENS LEGEM NOVAM (Isai. II. 3.): de Sion exhibit lex, & verbum Domi¬ni ad Jerusalem. 3.) Messias promittitur ferens legem OMNIBUS GENTIBUS COMMUNEM (lsai. II. 3. seqq.): *& erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in verticae montium* (h. e. universis conspicuus), *& fluent ad eam omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: venite & ascendamus ad monetem Domini, & ad domum DEI Jacob, & docebit nos vias suas, & ambu¬labimus in semitis ejus*. 4.) Messias promititur ferens LEGEM PERPETUO DURATURAM (Isai. LI. 4.) *Lex a me exiet ... salus autem mea in sempiter¬num erit, & justitia mea in generationes generatio¬num.* 5.) Messias promittitur ferens legem GRA-TIAE IN CORDIBUS SCRIPTAM (XXXI. 31.) ... *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam*. 6.) Eaedem prophetiae ocurrunt in Michae IV. 1. &Malachia I. 6. 7. 8. 10.

§. 173

CHARACTER III. *Messias futurus est Rex servator, & auctor salutis pro omnibus.*

Nam 1.) Gen. XII. 3. & alibi saepissime promittitur ceu *benedictio omnium gentium* terrae. 2.) Gen. XLIX. 10. a Jacob vocatur *exspectatio gentium*. 3.) Psal. II. 8. dicitur accepturus *gentes in hareditatem, & in possessionem omnes terminos terrae.* 4.) Aggae II. 7. dicitur *desideratus cunctis gentibus.* 5.) Huc pertinet prophetia Zachariae II. 9. ubi *gentes* praedicuntur, fore *praedas* eo¬rum, qui sibi *servierunt.* Scilicet Romani & *do¬minabantur* Judaeis, & *conversi* sunt ab Apostolis Jesu Christi, itidem Judaeis.

§. 174.

Character IV. *Meſſias venturus erat liberatum & Judæos & gentes a peccatis, & hoſtibus ſalutis ſpiritualis.*

Nam 1.) *Serpens, quem inter & ſemen mulieris inimicitias ſe poſiturum* (Gen. III. 15.) prædicit Deus, & cujus *caput conterendum* promittit, utique æternæ ſalutis maxime hoſtis erat. 2.) Iſaias LIII. 5. veluti præſente ſpectaculo abreptus exclamat: *ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Attritus eſt propter ſcelera noſtra.* Idem verſus X. XI. XII. ſonant. 3.) Clariſſime Archangelus Gabriel Dan. III. 24. *Septuaginta Hebdomates abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſumetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur ſanctus ſanctorum.*

§. 175.

Character V. *Meſſias venturus erat ut homo infirmus, & ignominiis, miſeriisque ſubjectus ad eluenda peccata noſtra.*

Nam 1.) David videt Meſſiam Pſal. XXI. v. 17. pedes & manus *perforatas* habentem, v. 19. *nudum*, ſorte ſuper veſtes miſſa, v. 7. *deſpectum* ſicut vermen, Pſalm. LXVIII. 21. plenum *anguſtia*, & *felle* potatum. 2.) Iſaias vero eodem tempore illum ipſum conſpicit LII. 13. *elevatum & inglorium*, LIII. 3. *virum noviſſimum*, qui vere *dolores noſtros ipſe tulit*, propter *ſcele-*

§. 174.

CHARACTER IV. *Messias venturus erat libe¬ ratum & Judaeos & gentes a peccatis, & hostibus salutis spiritualis.*

Nam 1.) *Serpens, quem inter & semen mu¬ lieris inimicitias se positorum* (Gen. III. 15.) prae¬ dicit Deus, & cujus *caput conterendum* promittit, utique aeternae salutis maxime hostis erat. 2.) Isaias LIII. 5. veluti praesente spectaculo abre¬ ptus exclamat: *ipse vulneratus est propter iniqui¬ tates nostras. Attritus est propter scelera nostra.* Idem versus X. XI. XII. sonant. 3.) Clarissime Archangelus Gabriel Dan. III. 24. *Septuaginta Hebdomates abbreviatae sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consumetur prae¬ varicatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & im¬ pleatur visio, & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum.*

§. 175.

CHARACTER V. *Messias venturus erat ut ho¬ mo infirmus, & ignominiis, miseriisque subjectus ad eluenda peccata nostra.*

Nam 1.) DAVID videt Messiam Psal. XXI. v. 17. pedes & manus *perforatas* habentem, v. 19. *nudum,* forte super vestes missa, v. 7. *despectum* sicut vermen, Psalm. LXVIII. 21. plenum *angustia, & felle* potatum. 2.) Isaias vero eodem tempore illum ipsum conspicit LII. 13. *elevatam & inglorium, LIII. 3. virum novissi- mum,* qui vere *dolores nostros ipse tulit*, propter

*ſcelera populi ſui percuſſum.* 3.) DANIEL; vero Archangelus Meſſiæ *ipſam mortem* annuntiat: poſt hebdomades 72. *occidetur* Chriſtus (IX. 26.)

## §. 176.

CHARACTER VI. *Meſſias futurus erat DEUS & HOMO ſimul.*

Nam ex innumeris ſcripturæ locis 1.) DAVID Meſſiam introducit loquentem Pſal. II. 7. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſal. XLIV. exhibet illum ceu *unctum ad Deo regem in ſeculum ſeculi oleo lætitiæ.* Pſal. CIX. vocat *Dominum ſuum* ſicut Deum, ante Luciferum *a Deo genitum, ſacerdotem in æternum* &c. 2.) *Iſaias* IX. 6. Meſſiam vocat *& parvulum natum,* & *Deum fortem, patremque futuri ſeculi,* XI. 1. *florem* de radice Jeſſe, & repletum *ſpiritu Domini,* XXXV. 5. *Deum venturum & nos ſalvaturum.* 3.) Similia Jeremias, Daniel, Michæas &c. &c. de DEO HOMINE MESSIA prædicant.

## §. 177.

CHARACTER VII. *Notæ individuales vitæ, Mortis &c. Meſſiæ.*

Prædicitur 1.) *nativitas ex Virgine* Iſai VII. 14. 2.) *Locus nativitatis* Mich. V. 2. 3.) *Adventus Magorum* Pſal. LXXII. 10. & Iſai. LXI. 4.) *Præcurſor Chriſti* Malach. III. 1. 5.) *Fuga in Ægytum* Oſ. XI. 1. 6.) *Miracula Chriſti* Iſai. XXXV. 8. 7.) *Adjuncta paſſionis.* a.) *Venditio* Zach. XI. 12. b.) *Sputa* Iſai. L. 6. c.) *Livor, flagel-*

*scelera populi sui percussum.* 3.) DANIEL; vero Archangelus Messiae *ipsam mortem* annuntiat: post hebomades 72. *occidetur* Christus (LX. 26.)

§. 176.

CHARACTER VI. *Messias futurus erat DEUS & HOMO simul.*

Nam ex innumeris scripturae locis 1.) DA¬VID Messiam introducit loquentem Psal. II. 7 *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego ho¬die genui te*. Psal. XLIV. exhibet illum ceu *un¬ctum ad Deo regem in seculum seculi oleo laetitiae.* Psal. CIX. vocat *Dominum suum* sicut Deum, ante Luciferum *a Deo genitum, sacerdotem in aeternum* &c. 2.) Isaias IX. 6. Messiam vocat *& parvulum natum*, & *Deum fortem, patremque fu¬turi seculi*. XI. 1. *florem* de radice Jesse, & re¬pletum *spiritu Domini,* XXXV. 5. *Deum ventu¬rum & nos salvaturum.* 3.) Similia Jeremias, Daniel, Michaeas &c. &c. de DEO HOMINE MESSIA praedicant.

§. 177.

CHARACTER VII. *Notae individuales vitae, Mortis &c. Messiae.*

Praedicitur 1.) *nativitas ex Virgine* Isai VII. 14. 2.) *Locus nativitatis* Mich. V. 2. 3.) *Ad¬ventus Magorum* Psal. LXXII. 10. & Isai. LXI. 4.) *Praecursor Christi* Malach. III. 1. 5.) *Fuga in AEgytum* Os. XI. 1. 6.) *Miracula Christi* Isai. XXXV. 8. 7.) *Adjuncta passionis*. a.) *Venditio* Zach. XI. 12. b.) *Sputa* Isai L. 6. c.) *Livor,*

*flagella*, Iſai LIII. d.) *Silentium Chriſti patientis* Iſai. LIII. 7. e.) *Societas latronum & oratio pro iniquis* v. 12. f.) *Plagæ manuum* Zach. XIII. 6. g.) *Fel & acetum* Pſal. LXIII. 22. h.) *Sortes miſſæ ſuper veſtes* Pſal. XXII. 19. i.) *Gloria ſepulchri* Iſai. XI. 10. 8.) *Reſurrectio* Pſ. XV. 10. 9.) *Aſcenſus* in cœlum Pſal. CIX. 1. 10.) *Miſſio ſpiritus ſancti* Iſai. XLIV. 3. & Zach. XII. 10.

## §. 178.

Character VIII. *Meſſias venturus erat ante ablatum a Juda ſceptrum ſecundum prophetiam* Jacobi Gen. XLIX. oſtendi debet & ſenſus & executio prophetiæ. *Vulgata habet: non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit exſpectatio gentium.* Sensus figendus ex linqua hebraica; ex qua non plus eruitur, quam quod *poſteri Judæ ſemper formabunt ſocietatem politicam, a proprio Magiſtratu regendam, donec veniat Meſſias.*

Nam 1.) Concurſus vocum hebraicarum, quæ vulgata vertit, *ſceptrum*, *legislator*, nunquam aptum ſenſum efficeret, niſi intelligantur *de poteſtate ſecundum leges proprias ſtatus politici ſeſe gubernandi.* 2.) Scriptura non dicit, ipſum ducem eſſe ex ſemine Judæ, ſed deſignat, *ducem* eo modo ad tribum Judæ pertinere, quo *ſceptrum.* Non recedet *de Juda ſceptrum*, ait, non *de femore dux.* Ecce ut propoſitio *de*, & hebraica litera, *Mem*, ad idem verbum, *recedet*, refertur! ſicut ergo a ſemine Judæ non *recedet* ſceptrum, ita neque recedet dux. 3.) *De femore ejus* ſonat in hebraico: *de medio pedum ejus.*

At-

*flagella,* Isai LIII. d.) *Silentium Christi patien¬ tis* Isai. LIII. 7. e.) *Societas latronum & ora¬ tio pro iniquis* v. 12. f.) *Plagae manuum* Zach. XIII. 6. g.) *Fel & acetum* Psal. LXIII. 22. h.) *Sortes missae super vestes* Psal. XXII. 19. i.) *Gloria sepulchri* Isai. XI. 10. 8.) *Resurrectio* Ps. XV. 1o. 9.) *Ascensus* in coelum Psal. CIX. 1. 10.) *Missio spiritus sancti* Isai. XLIV. 3. & Zach. XII. 10.

§.178.

CHARACTER VIII. *Messias venturus erat an¬ te ablatum a Juda sceptrum secundum prophetiam* Jacobi Gen. XLIX. ostendi debet & sensus & executio prophetiae. *Vulgata habet: non aufere¬ tur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit exspe¬ ctatio gentium*. SENSUS figendus ex linqua he¬ braica; ex qua non plus eruitur, quam quod *posteri Judae semper formabunt societatem politi¬ cam, a proprio Magistratu regendam, donec veniat Messias.*

Nam 1.) Concursus vocum hebraicarum, quae vulgata vertit, *sceptrum, legislator,* nun¬ quam aptum sensum efficeret, nisi intelligantur *de potestate secundum leges proprias status politici sese gubernandi.* 2.) Scriptura non dicit, ipsum ducem esse ex semine Judae, sed designat, *ducem* eo modo ad tribum Judae pertinere, quo *sce¬ ptrum*. Non recedet *de Juda sceptrum*, ait, non *de femore dux.* Ecce ut propositio *de,* & he¬ braica litera, *Mem,* ad idem verbum, *recedet,* refertur! sicut ergo a semine Judae non *recedet* sceptrum, ita neque recedet dux. 3.) *De femo¬ re ejus sonat in hebraico: de medio pedum ejus.*

Atqui paulo ante Jacobus Judam comparat Leoni: *catulus leoni Juda.* Innuit ergo; Judæ tribus eſt fortis ſicut leo; *nec ex pedibus hujus leonis extorquebitur virga principatus politici* 4.) *ſenſus hujus prophetiæ confirmatur conſenſu omnium antiquorum Doctorum gentis judaicæ*, ita ut eorum explanatio nonniſi ſynonimis ab hac ipſa differat.

Executio *prophetiæ contigit nonniſi in excidio ultimo Jeroſolymæ & diſperſione gentis judaicæ, quæ anno* 39. *poſt mortem Chriſti ſecundum ejus prædictionem ſecuta eſt.* Non enim probari poteſt, plus a Jacobo fuiſſe prædictum, quam *quod tribus Judæ ſemper peculiarem rempublicam præ omnibus aliis tribubus ſit formatura, quæ tamdiu ſceptrum peculiare ducemque proprium habet, quamdiu cum alia non miſcetur.* Atqui hæc prærogativa penes ſolam tribum Judæ ſtetit ab exordio usque ad Jeroſolymæ ultimum excidium.

Nam 1.) *in ipſa etiam captivitate* babylonica ſola hæc tribus (II. Reg. XXIV. & XXV.) conjuncta circa babylonem habitavit. 2.) *Hiſtoria Suſannæ* ſatis docet, tribui huic a Regibus babylonicis conceſſam eſſe poteſtatem, de rebus maximi momenti judicia formandi. 3.) Quodſi *gubnerationis propriæ exercitium* ad tempus impeditum fuiſſet; *ablatum* dici non poteſt, cujus ſubſtantiam adhuc tenemus, cum certitudine, cetera quoque adjuncta brevi iri reſtitutum (Jerem. XXV. & XXIX). 4.) *Nihil certius*, quam ſtatum politicum inde a captivitate talem fuiſſe, ut a nulla alia quam a tribu Juda cognominaretur, cui ceteræ omnes fuere inſertæ. 5.) *Nihil obſtat*; quacunque ex tribu is fuerit, qui principatum tenuit; ejus enim reipublicæ princi-

Atqui paulo ante Jacobus Judam comparat Leo¬
ni: *catulus leoni Juda*. Innuit ergo; Judae tri¬
bus est fortis sicut leo; *nec ex pedibus hujus leo¬
nis extorquebitur virga principatus politici* 4.) *sen¬
sus hujus prophetiae confirmatur consensu omnium
antiquorum Doctorum gentis judaicae*, ita ut eo¬
rum explanatio nonnisi synonimis ab hac ipsa
differat.
EXECUTIO *prophetiae contigit nonnisi in exci¬
dio ultimo Jerosolymae & dispersione gentis judai¬
cae, quae anno 39. post mortem Christi secundum
ejus praedictionem secuta est.* Non enim probari
potest, plus a Jacobo fuisse praedictum, quam
*quod tribus Judae semper peculiarem rempublicam
prae omnibus aliis tribubus sit formatura, quae tam¬
diu sceptrum peculiare ducemque proprium habet.
quamdiu cum alia non miscetur*. Atqui haec prae¬
rogativa penes solam tribum Judae stetit ab ex¬
ordio usque ad Jerosolymae ultimum excidium.
Nam 1.) *in ipsa etiam captivitate* babyloni¬
ca sola haec tribus (II. Reg. XXIV. & XXV.) con¬
juncta circa babylonem habitavit. 2.) *Historia
Susannae* satis docet, tribui huic a Regibus ba¬
bylonicis concessam esse potestatem, de rebus
maximi momenti judicia formandi. 3.) Quodsi
*gubnerationis propriae exercitium* ad tempus impe¬
ditum fuisset; *ablatum* dici non potest, cujus
substantiam adhuc tenemus, cum certitudine,
cetera quoque adjuncta brevi iri restitutum (Je¬
rem. XXV. & XXIX). 4.) *Nihil certius*, quam
statum politicum inde a captivitate talem fuisse,
ut a nulla alia quam a tribu Juda cognomina¬
retur, cui ceterae omnes fuere insertae. 5.)
*Nihil obstat*; quacunque ex tribu is fuerit, qui
principatum tenuit; ejus enim reipublicae princi¬

patus erat, quæ ſola peculiari modo respublica fuit. 6.) Contra in extremo excidio ablatum *ſceptrum; natione enim diſperſa, ſocietas politica fuit diſſoluta, nexu autem ſocietatis diſſoluto, nihil de poteſtate propria gubernandi rempublicam ſalvum porro eſſe poteſt* ſecundum evidentia juris ſocialis principia.

## §. 179.

Character IX. Adventus *Meſſiæ prævertere debuit finem 70. hebdomadam, & durante ultima* occidi Meſſias: *tum* dissipari *gentem Judaicam*, Jerosolymam *everti*, & *Judæorum* ruinam integram *conſequi oportuit, ante mundi finem non finiendam.*

Sensus literalis Prophetiæ. Dan. IX. 24. *Septuaginta abbreviatæ ſunt ſuper populum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur ſanctus ſanctorum.* Scito ergo, & *animadverte: ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur Jeruſalem, usque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & usque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.*

Jam

patus erat, quae sola peculiari modo respublica fuit. 6.) Contra in extremo excidio ablatum *sceptrum; natione enim dispersa, societas politica fuit dissoluta, nexu autem societatis dissoluto, nihil de potestate propria gubernandi rempublicam salvum porro esse potest* secundum evidentia juris socialis principia.

§. 179.

CHARACTER IX. ADVENTUS *Messiae praeverte¬re debuit finem 70. hebdomadam, & durante ulti¬ma* OCCIDI Messias: *tum* DISSIPARI *gentem Ju¬daicam*, JEROSOLYMAM *everti, & Judaeorum* RUI-NAM INTEGRAM *consequi oportuit, ante mundi fi¬nem non finiendam.*

SENSUS LITERALIS PROPHETIAE. Dan. IX. 24. *Septuaginta abbreviatae sunt super populum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevarica¬tio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur vi¬sio, & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum.* SCITO ERGO, *& animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexagin¬ta duae erunt: & rursum aedificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta deso¬latio. Confirmabit autem pactum multis hebdoma¬da una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrisicium: & erit in templo abominatio desolatio¬nis: & usque ad consummationem & finem perse-verabit desolatio.*

Jam vero 1.) certum eſt, per *hebdomades* neque hebdomades dierum, neque Jubilæorum intelligi; eventus enim & poſterior hebdomadis *dierum*, & prior hebdomatis *Jubilæorum* eſt; itaque cum intelliguntur hebdomates *annorum* poſt ſeptuaginta abbreviatas hebdomades id eſt, POST ANNOS MINUS 490. PRÆDICITUR DELENDA INIQUITAS. 2.) *Initium computandi hebdomates fieri debet a decreto Cyri.* Nam certum eſt, initium fieri debere a decreto cujusdam Regis, facultatem dantis, reædificanti Jeroſolymam; eoquod Gabriel expreſſe ait: AB EXITU SERMONIS &c. atqui per Iſaiam & Jeremiam expreſſe prædictum fuit, a Cyro ædificandam fore Jeroſolymam. Nam a) Iſai. XLIV. 28. ita de Cyro loquitur: *Qui* (Dominus) *dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jeruſalem: Ædificaberis; & templo: fundaberis.* Et XLV. 13. *Ipſe* (Cyrus) *ædificabit civitatem meam & captivitatem meam dimittit.* b.) Jerem XXX. 18. *Ecce ego convertam converſionem tabernaculorum Jacob, & tectis ejus miſerebor & ædificabitur civitas in exceſſo ſuo, & templum juxta ordinem ſuum fundabitur.* Quod huc prophetica ad Cyrum pertineat, patet ex Lib. I. Eſdræ c. I. v. 1. *In anno primo Cyri Regis Perſarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarum.* Itaque verba Archangeli per verba Iſaiæ & Jeremiæ, verba Jeremiæ vero per verba Esdræ cum certitudine explicata, *determinatum prophetiæ ſenſum figunt.* Jam vero Cyrus, lecto oraculo Iſaiæ, quo is non templum modo, ſed & urbem a Cyro nominatim inſtaurandam pene 200. ante annis prædixerat, ex templo, ut id fieret, edicit, ut legere eſt ad finem L. II. Paral. & ad initium L. I. Esdræ. 3.) *Confirmabitur* hoc

inde,

Jam vero 1.) certum est, per *hebdomades* ne¬
que hebdomades dierum, neque Jubilaeorum in¬
telligi; eventus enim & posterior hebdomadis
*dierum,* & prior hebdomatis *Jubilaeorum* est; ita¬
que cum intelliguntur hebdomates *annorum* post
septuaginta abbreviatas hebdomades id est, POST
ANNOS MINUS 400. PRAEDICITUR DELENDA INI-
QUITAS. 2.) *Initium computandi hebdomates fieri
debet a decreto Cyri.* Nam certum est, initium
fieri debere a decreto cujusdam Regis, faculta¬
tem dantis, reaedificanti Jerosolymam; eoquod
Gabriel expresse ait: AB EXITU SERMONIS &c.
atqui per Isaiam & Jeremiam expresse praedictum
fuit, a Cyro aedificandam fore Jerosolymam.
Nam a) Isai. XLIV. 28. ita de Cyro loquitur:
Qui (Dominus) dico Cyro: *Pastor meus, es, &
omnem voluntatem meam complebis. Qui dic Je¬
rusalem: AEdificaberis; & templo: fundaberis*. Et
XLV. 13. *Ipse* (Cyrus) *aedificabit civitatem meam
& captivitatem meam dimittit.* b.) Jerem. XXX.
13. *Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum
Jacob, & tectis ejus miserebor & aedificabitur ci¬
vitas in excesso suo, & templum juxta ordinem
suum fundabitur.* Quod huc prophetica ad Cy¬
rum pertineat, patet ex Lib. I. Esdrae c. I. v. 1.
*In anno primo Cyri Regis Persarum, ut complere¬
tur verbum Domini ex ore Jeremiae, suscitavit
Dominus spiritum Cyri Regis Persarum*. Itaque
verba Archangeli per verba Isaiae & Jeremiae,
verba Jeremiae vero per verba Esdrae cum cer¬
titudine explicata, *determinatum prophetiae sensum
figunt*. Jam vero Cyrus, lecto oraculo Isaiae,
quo is non templum modo, sed & urbem a Cy¬
ro nominatim instaurandam pene 200 ante an¬
nis praedixerat, ex templo, ut id fieret, edi¬
cit, ut legere est ad finem L. II. Paral. &
ad initium L. I. Esdrae. 3.) *Confirmabitur* hoc

inde, quod (uti refertur I. Eſd. IV. 12.) Samaritani, hoſtes judæorum, miſerint epiſtolam ad regem Perſarum Artaxerxen accuſantes Judæi, quod urbem ædificarent: *notum ſit regi* &c. Hæc epiſtola ſcripta erat ante primum Decretum Artaxerxis. Ergo certum eſt, quod Judæi *exſtruxerint urbem jam antea, adeoque ante annum 20. quo ſecundum Decretum editum eſt.* 4.) Gabriel Danieli talem prophetiam propoſuit, quam poſſet intelligere, v. 25. dicens, *ſcito ergo, & animadverte, ab exitu ſermonis* &c. atqui hanc Daniel non poſſet animadvertere, niſi a Cyro ſumeretur initium computandi, quia ultra Cyrum vitam non produxit. 5.) *Neque* obſtat, quod in illo Cyri decreto tantum detur facultas ædificandi templum, nulla facta mentione urbis; Nam Cyrus, dum Judæos permiſit redire Jeroſolymam, hoc ipſo facultatem urbis ædificandæ eis dedit, *quia alias locum habitationis non habuiſſent.* Dein I. Eſd. IV. 13. diſſerte affirmatur, Judæos re ipſa urbem Jeroſolymam vi editi Cyri ædificaſſe.

Ratio, cur ſpecialem facultatem templi ædificandi petere debuerint, erat, quia ſumtus ex ærario publico hauriendi fuere. 6.) Si jam ab edicto Cyri fiat initium computandi, ab hoc decreto usque ad Chriſti mortem fluxere anni circiter 486. *ergo adventus Meſſiæ finem hebdomadarum revera prævenit.* 7.) *Deletionem peccati, juſtitiæ reductionem, Judaicæ nationis ruinam* cum morte Jeſu Chriſti conjunctam fuiſſe, ultro patet ex factis hiſtoricis, & ex rrædictione Chriſti impleta, prout utrumque (§. 167.) ſupra jam retulimus.

* *Hi-*

inde, quod (uti refertur I. Esd. IV. 12.) Sama¬
ritani, hostes judaeorum, miserint epistolam ad
regem Persarum Artaxerxen accusantes Judaei,
quod urbem aedificarent: *notum sit regi* &c.
Haec epistola scripta erat ante primum Decre¬
tum Artaxerxis. Ergo certum est, quod Judaei
*exstruxerint urbem jam antea, adeoque ante annum*
*20. quo secundum Decretum editum est*. 4.) Ga¬
briel Danieli talem prophetiam proposuit, quam
posset intelligere, v. 25. dicens, *scito ergo, &*
*animadverte, ab exitu sermonis* &c. atqui hanc
Daniel non posset animadvertere, nisi a Cyro su¬
meretur initium computandi, quia ultra Cyrum
vitam non produxit. 5.) *Neque* obstat, quod in
illo Cyri decreto tantum detur facultas aedifican¬
di templum, nulla facta mentione urbis; Nam
Cyrus, dum Judaeos premisit redire Jerosoly¬
mam, hoc ipso facultatem urbis aedificandae eis
dedit, *quia alias locum habitationis non habuissent.*
Dein I. Esd. IV. 13. disserte affirmatur, Judaeos
re ipsa urbem Jerosolymam vi editi Cyri aedi¬
ficasse.

RATIO, cur specialem facultatem templi
aedificandi petere debuerint, erat, quia sumtus
ex aerario publico hauriendi fuere. 6.) Si jam
ab edicto Cyri fiat initium computandi, ab hoc
decreto usque ad Christi mortem fluxere anni
circiter 486. *ergo adventus Messiae finem hebdoma¬*
*darum revera praevenit.* 7.) *Deletionem peccati,*
*justitiae reductionem, Judaicae nationis ruinam* cum
morte Jesu Christi conjunctam fuisse, ultro pa¬
tet ex FACTIS historicis, & ex PRAEDICTIONE
Christi impleta, prout utrumque (§. 167.) su¬
pra ja retulimus.

* *Hiſtoricorum Profanorum & Chronologiæ diſſenſus hac in parte objici non poteſt*, quorum (præterquam quod eorum *auctoritas* mutuo ſe elidens auctoritati ſcripturarum uniformium præjudicare nequit) *fundamentum* inſuper maxime incertum eſt, quippe ab OLYMPIADIBUS deſumtum, quarum prima ignotum & maxime controverſum initium habet. *Errant quoque multipliciter in regum Perſarum numero*, & *annorum regiminis computatione.*

## §. 180.

*Is ſolus haberi poteſt Meſſias ab omnibus iſtis Vaticiniis prænuntiatus, in quo omnes notæ in iis deſignatæ, etſi in ſpeciem contrariæ, ſeſe reuniunt.* Totus enim Character alicujus perſonæ eſt ſumma omnium notarum, per quas aliis omnibus rebus conſtanter eſt diſſimilis. Atqui hæc diſſimilitudo, qua una res a reliquis conſtanter diſtinquitur, omnium notarum conjunctione non poteſt non obtineri. Etſi enim ſingulæ notæ reliquis communes eſſe poſſunt, univerſæ tamen unius rei notæ alteri communes eſſe nequeunt. *Cum ergo omnes omnino notæ, etiam in ſpeciem contrariæ in ſolo Jeſu Chriſto conveniunt, qui ſolus plenus ignominia & gloria, Occiſus & æternus, ſalvator Judæorum, & auctor ſalutis gentium, Deus & Homo dici poteſt, & debet, certum eſt, nonniſi Jeſum Chriſtum Meſſiam prænunciatum haberi poſſe.*

## §. 181.

*Nexus ille admirabilis divinæ revelationis, quæ a mundi initio usque ad Chriſtum de Religione Chriſti*

* *Historicorum Profanorum & Chronologiae dissensus hac in parte objici non potest,* quorum (praeterquam quod eorum auctoritas mutuo se elidens auctoritati scriptura¬rum uniformium praejudicare nequit) *fundamentum* insu¬per maxime incertum est, quippe ab OLYMPIADIBUS de¬sumtum, quarum prima ignotum & maxime controver¬sum initium habet. *Errant quoque multipliciter in regum persarum numero, & annorum regiminis computatione.*

§. 180.

*Is solus haberi potest Messias ab omnibus istis Vaticiniis praenuntiatus, in quo omnes notae in iis designatae, etsi in speciem contrariae, sese reuniunt.* Totus enim Character alicujus personae est sum¬ma omnium notarum, per quas aliis omnibus rebus constanter est dissimilis. Atqui haec dissi¬militudo, qua una res a reliquis constanter di¬stinquitur, omnium notarum conjunctione non potest non obtineri. Etsi enim singulae notae re¬liquis communes esse possunt, universae tame unius rei notae alteri communes esse nequeunt. *Cum ergo omnes omnino notae, etiam in speciem con ¬trariae in solo Jesu Christo conveniunt, qui solus ple¬nus ignominia & gloria, Occisus & aeternus, sal¬vator Judaeorum, & auctor salutis gentium, Deus & Homo dici potest, & debet, certum est, non¬nisi Jesum Christum Messiam praenunciatum ha¬beri posse.*

§. 181.

Nexus ille admirabilis divinae revelationis, quae a mundi initio usque ad Christum de Religione

*Chriſti facta eſt, principalis Character eſt divinæ originis.*

Nam a) Initium revelationis ADAMO factæ ad omnes omnino homines pertinebat b) revelationis fidem flagitiis extinctam reſtaurat idem Deus in FAMILIA NOEMI. c) Hanc denique rurſus intermorientem fidem rurſus exſuſcitat IN GENTE ABRAHAMI PECULIARI. d) In hujus POSTERIS ejusdem Meſſiæ deſiderium *prophetis & miraculis* usque ad adventum Chriſti conſervat. e) Revelatio per *Adamum* omnibus hominibus, per *Moyſen* Judæis, per *Chriſtum* toti mundo communicata, NUNQUAM SIBI IPSI CONTRADICIT. f) Immo Chriſtus multo *perfectius* reddit, quod priores prophetæ *imperfectum* ratione temporis reliquere. g) Ipſa ſanctitas Patriarcharum & Prophetarum *in Chriſti perſona* eminenter conjungitur, h) ad cujus adventum mira hæc doctrinæ, miraculorum, & prophetiarum ſucceſſio animos conſtanter diſponit. *Ergo talis ordo mediorum in obtinendo unico fine contentit, qui nonniſi divinæ providentiæ, omni tempore ſuorum conſiliorum effectui invigilantis, ordo proprius eſſe poteſt.*

* Quoniam vero obſtinatio Judæorum exſpectationem Meſſiæ, ceu regia Majeſtate venturi, a priori ſupponit, hunc illis erorem eripere præprimis convenit. Itaque

## §. 182.

*Aut nihil niſi ſecum pugnans de adventu Meſſiæ ex ſcripturis Judaicis concludi poteſt, aut regnum illius divinum, ſpirituale, ſempiternum futurum*

*Christi facta est, principalis Character est divinae originis.*

Nam 2) lnitium revelationis ADAMO factae ad omnes omnino homines pertinebat b) reve¬ lationis fidem flagitiis extiuctam restaurat idem Deus in FAMILIA NOEMI. c) Hanc denique rursus intermorientem fidem rursus exsuscitat IN GENTE ABRAHAM PECULIARI. d) In hujus PO¬ STERIS ejusdem Messiae disiderium *prophetis & miraculis* usque ad adventum Christi conservat. e) Revelatio per *Adamum* omnibus hominibus, per *Moysen* Judaeis, per *Christum* toti mundo communicata, NUNQUAM SIBI IPSI CONTRADI¬ CIT. f) Immo Christus multo *perfectius* reddit, quod priores prophetae *imperfectum* ratione tem¬ poris reliquere. g) Ipsa sanctitas Patriarcharum & Prophetarum *in Christi persona* eminenter con¬ jungitur, h) ad cujus adventum mira haec do¬ ctrinae, miraculorum, & prophetiarum successio animos constanter disponit. *Ergo talis ordo me¬ diorum in obtinendo unico fine contentit, qui non¬ nisi divinae providentiae, omni tempore suorum consiliorum effectui invigilantis, ordo proprius esse potest.*

* Quoniam vero ostinatio Judaeorum exspecta¬ tionem Messiae, ceu regia Majestate venturi, a prio¬ ri supponit, hunc illis erorem eripere praeprimis convenit. Itaque

§. 182.

*Aut nihil nisi secum pugnans de adventu Mes¬ siae ex scripturis Judaicis concludi potest, aut re¬ gnum illius divinum, spirituale, sempiternum fu¬*

*turum erat.* Prædicitur enim, Meſſiam fore *Regem ſempiternum*, & ſimul *Virum dolorum, leproſum, occidentum.* Jam ſi iſtæ prædictiones de regia poteſtate temporali intelliguntur, prophetæ evidenter errarunt, vel cum REGEM OCCIDENDUM vel cum REGEM SEMPITERNUM, item vel cum REGEM, vel cum LEPROSUM & inſtar VERMIS reputatum prædixere. Contra ſi de regia poteſtate ſpirituali intelliguntur, evidens eſt, Meſſiam *morte temporali regnum ſpirituale* ſibi potuiſſe comparare. Ergo &c.

* Ad cæcitatem Judæorum ulterius vel emendandam vel magis confundendam, tres propoſitiones ſubdere juvat, huic fini maxime aptas.

## §. 183.

*Chriſtus majori gloria in mundo apparuit, & vixit, quam vel extrema Judæorum ſuperbia exſpectare potuiſſet.* Exſpectatio enim Judæorum liberationem a jugo romanorum, vicinarum gentium victoriam, & politicorum bonorum abundantiam, reſpexit.

Atqui 1) Chriſtus non Rex terrenus, ſed filius Dei vivi, non Judæos ſolum, ſed omnes gentes *a ſervitute Diaboli liberavit, amicitiam DEI reſtituit beatitudinis puriſſimæ ſecuritatem vindicavit, bonis adparentibus vera ſubſtituit.* Illa enim omnia gentes inquirunt Matth. VI. 32. 2) Hæc omnia bona nobis recuperavit non *per ſanguinem hircorum* (Heb. IX. 11.) ſed *per proprium ſanguinem, Pontifex futurorum bonorum.* 3) Singula nativitatis, Vitæ, & mortis adjuncta ſunt plena gloriæ. a) *Naſcitur* a Virgine paupere

*Pater*

*turum erat.* Praedicitur enim, Messiam fore *Regem sempiternum*, & simul *Virum dolorum, leporsum, occicentum.*

Jam si istae praedictiones de regia potestate temporali intelliguntur, prophetae evi¬ denter errarunt, vel cum REGEM OCCIDENDUM vel cum REGEM SEMPITERNUM, item vel cum REGEM, vel cum LEPROSUM & instar VERMIS reputatum praedixere. Contra si de regia po¬ testate spirituali intelliguntur, evidens est, Mes¬ siam *morte temporali regnum spirituale* sibi potuis¬ se comparare. Ergo &c.

* Ad caecitatem Judaeorum ulterius vel emendan¬ dam vel magis confundendam, tres propositiones subde¬ re juvat, huic fini maxime aptas.

§. 183.

*Christus majori gloria in mundo apparuit, & vixit, quam vel extrema Judaeorum superbia ex¬ spectare potuisset.* Exspectatio enim Judaeorum liberatonem a jugo romanorum, vicinarum gen¬ tium victoriam, & politicorum bonorum abun¬ dantiam, respexit.

Atqui 1) Christus non Rex terrenus, sed filius Dei vivi, non Judaeos solum, sed omnes gentes *a servitute Diaboli liberavit, amicitiam DEI restituit beatitudinis purissimae securitatem vindicavit, bonis adparentibus vera substituit.* Illa enim omnia gentes inquirunt Matth. VI. 32. 2) Haec omnia bona nobis recuperavit non *per san¬ guinem hircorum* (Heb. IX. 11.) sed *per proprium sanguinem, Pontifex futurorum bonorum*. 3) Sin¬ gula nativitatis, Vitae, & mortis adjuncta sunt plena gloriae. a) *Nascitur* a Virgine paupere

*Pater futuri ſeculi.* b) *Baptizatur* a Joanne, fatente, quod *non eſſet dignus corrigiam calceamenti* ejus ſolvere. c.) *Perambulat* totam Judæam cum *paupere* diſcipulorum grege, ſed *miraculis & doctrina* probat *ſe unigenitum DEI Patris filium, plenum gratiæ & veritatis.* d) Extrema *patitur*, ſed audet provocare inimicos ſuos, *quis ex vobis arguet me de peccato?* e) MORITUR inter latrones, *ſed obſcuratus eſt ſol, & reſurrexit ipſe tertia die, aſcendit in Cœlum, Religio ejus toto orbe propagatur per illius diſcipulos, gloriam Magiſtri ſui ſanguine conteſtantes.* Itaque &c.

## §. 184.

### *Jeſus Chriſtus Moyſe infinite excellentior.*

1) QUOAD PERSONAM. Hanc principalem differentiam explicat Paulus Heb. III. 5. & MOYSES *quidem fidelis erat in tota domo ejus* (DEI) *tanquam* FAMULUS *in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant.* CHRISTUS *autem tanquam* FILIUS (DEI) *in domo ſua: quæ domus ſumus nos.*

2) QUOAD LEGEM. *Hujus* diſcrimen item uno verbo adnotavit Paulus Heb. VII. 18. *Reprobatio fit* PRÆCEDENTIS MANDATI *propter infirmitatem & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit* LEX: *introductio vero* MELIORIS SPEI (i. e. novæ legis) *fit, per quam proximamus ad Deum.* Itaque lex Moyſis quatenus a lege naturali divina diverſa eſt, a) a ſe ipſa non habebat niſi promiſſa & ſupplicia temporalia, *legi vero Chriſti* proprium eſt, pro fundamento religionis *fidem alterius vitæ immortalis* ponere. b) *Lex Moyſis* fere nonniſi in externo religionis cultu dirigendo conſiſtebat, *lex Chriſti* legis totius compendium ſupponit Chari-

*Pater futuri seculi.* b) Baptizatur a Joanne, fatente, quod *non esset dignus corrigiam calceamenti* ejus solvere. c.) *Perambulat* totam Judaeam cum paupere discipulorum grege, sed *miraculis & doctrina* probat *se unigenitum DEI Patris filium, plenum gratiae & veritatis.* d) Extrema *patitur,* sed audet provocare inimicos suos, *quis ex vobis arguet me de peccato?* e) MORITUR inter latrones, *sed obscuratus est sol, & resurrexit ipse tertia die, ascendit in Caelum, Religio ejus toto orbe propagatur per illius discipulos, gloriam Magistri sui sanguine contestantes.* Itaque &c.

§. 184.

*Jesus Christus Moyse infinite excellentior.*

1) QUOAD PERSONAM. Hanc principalem differentiam explicat Paulus Heb. III. 5. & MOYSES *quidem fidelis erat in tota domo ejus* (DEI) *tanquam* FAMULUS *in testimonium eorum, quae dicenda erant.* CHRISTUS *autem tanquam* FILIUS (DEI) *in domo sua: quae domus sumus nos.*

2) QUOAD LEGEM. *Hujus* discrimen item uno verbo adnotavit Paulus Heb. VII. 18. *Reprobatio fit* PRAECEDENTIS MANDATI *propter infirmitatem & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit* LEX: *introductio vero* MELLIORIS SPEI (i. e. novae legis) *fit, per quam proximamus ad Deum.* Itaque lex Moysis quatenus a lege naturali divina diversa est, a) a se ipsa non habebat nisi promissa & supplicia temporalia, *legi vero Christi* proprium est, pro fundamento religionis *fidem alterius vitae immortalis* ponere. b) Lex Moysis fere nonnisi in externo religionis cultu dirigendo consistebat, *lex Christi* legis totius compendium supponit

Charitatem DEI Matth. XXVIII. 28. c) Polygamia & libello repudii ſublato, *matrimonium* ad formam primigeniam revocatur. d) *Lex Moyſis* in meris præceptis verſatur, *Lex Chriſti* Conſilia Evangelicæ perfectionis addit. e) *Lex Moyſis* ad unicam gentem pertinet, *Lex Chriſti* ad omnes gentes Matth. XXIII. 19.

3) Quoad beneficia. Beneficia Moyſis ſunt hæc, quod a) *liberator* ex captivitate Ægyptiaca, b) *Mediator* fœderis inter Deum & populum ſuum. c) *Dux* per deſertum d) interceſſor apud iratum Deum extiterit. Atqui hæc omnia nonniſi temporalia, & cum vita Judæorum finienda fuere beneficia. Contra Chriſtus omnes gentes ab æterna pœna *liberavit*, cum DEO *reconciliavit*, verbo & exemplo ad vitam æternam *præivit*, per infinita merita *advocatus apud Deum Patrem* extitit, & adhuc exiſtit.

## §. 185.

*Jeſus Chriſtus unicum ſolidum fundamentum gloriæ totius judaicæ nationis.* Pone Jeſum Chriſtum non eſſe verum Meſſiam; ergo a) *Patriarchæ* non erunt illis progenitores, b) *Prophetæ* erunt vani declamatores, c) *ſcriptura*, quatenus prophetias continet, mera fabula, quoad reliqua ſumme ſuſpecta erit, d) *ſacrificia* & Ceremoniæ erunt inania ſigna, vi legali ſignificandi carentia. Contra, ſi Chriſtus eſt verus Meſſias, *Hiſtoria* nationis judaicæ erit hiſtoria emblematica DEI filii; *populus* iſte populus DEI, ſolus cuſtos revelationum DEI; *Patriarchæ* filii DEI progenitores, *Prophetæ* altiori lumine illuſtrati,

Charitatem DEI Matth. XXVIII. 28. c) Poly¬
gamia & libello repudii sublato, *matrimonium* ad
formam primigeniam revocatur. d) *Lex Moy¬
sis* in meris praeceptis versatur, *Lex Christi* Con¬
silia Evangelicae perfectionis addit. e) *Lex
Moysis* ad unicam gentem pertinet, *Lex Christi*
ad omnes gentes Matth. XXIII. 19.

3) QUOAD BENEFICIA. Beneficia Moysis
sunt haec, quod a) *liberator* ex captivitate
AEgyptiaca, b) *Mediator* foederis inter Deum
& populum suum. c) *Dux* per desertum d)
intercessor apud iratum Deum extiterit. Atqui
haec omnia nonnisi temporalia, & cum vita Ju¬
daeorum finienda fuere beneficia. Contra Chri¬
stus omnes gentes ab aeterna poena *liberavit,*
cum DEO *reconciliavit,* verbo & exemplo ad
vitam aeternam *praeivit,* per infinita merita *ad¬
vocatus apud Deum Patrem* extitit, & adhuc
existit.

## §. 185.

*Jesus Christus unicum solidum fundamentum
gloriae totius judaicae nationis*. Pone Jesum Chri¬
stum non esse verum Messiam; ergo a) *Patriar¬
chae* non erunt illis progenitores, b) *Prophetae*
erunt vani declamatores, c) *scriptura,* quatenus
prophetias continet, mera fabula, quoad reliqua
summe suspecta erit, d) *sacrificia* & Ceremo¬
niae erunt inania signa, vi legali significandi ca-
rentia. Contra, si Christus est verus Messias,
Historia natoinis judaicae erit historia emblema¬
tica DEI filii; *populus* iste populus DEI, solus
custos revelationum DEI; *Patriarchae* filii DEi
progenitores, *Prophetae* altiori lumine illustrati,

*ritus* ſigna legalia adventus & Vitæ Meſſiæ, *heroes gentis* divini ſalvatoris figuræ erunt.

* Quoniam vero recentiores Judæi, ut ſe ab his argumentis expediant, ultro inficiantur, prophetias illas a Majoribus ſuis de Meſſia intellectus eſſe, ſequitur.

## §. 186.

*Veteres Judæi, tum Chriſto coevi, tum poſt illum proprius viventes, Prophetias de Chriſto ſupra allatas communi nobiscum explicatione de Chriſto intellexere.*

Nam 1) Prophetiam Jacobi de Meſſia, uti nos intellexere a) uterque *paraphraſtes Chaldaicus* b) Rabbi Johanam, Schela &c. *in Talmude Jeroſolymitano.* c) *Interpretationes in Gemara.* 2) Quod Danielis Vaticinium attinet, uti 70. hebdomadarum terminus cum fine quarti millenarii mundi exiſtentis congruit, ita Vetus erat Judæorum traditio, Meſſiam verſus finem hujus quarti millenarii venturum, adeo, ut Rabbini vulgo affirment, ſua peccata obſtitiſſe, quo minus Meſſias, condicto tempore venerit. Hinc nobiscum de *ſenſu* prophetiæ non controvertunt, ſed *cæcitati* ſuæ effugium quærunt. 3) Quod reliquas

*Prophetias attinet*, quæ pugnantia in ſpeciem de Chriſti gloria & ignominia, de regno æterno, & occiſione afferunt, Rabbini tam affirmanter de Meſſia intellexerunt, ut, cum ea in una Perſona componere nequirent, duos diverſos Meſſias pro arbitrio ſibi finxeriut. 4.)

*Hiero:*

*ritus* signa legalia adventus & Vitae Messiae, *heroes gentis* divini salvatoris figurae erunt.

* Quoniam vero recentiores Judaei, ut se ab his argumentis expediant, ultro inficiantur, prophetias illas a Majoribus suis de Messia intellectus esse, sequitur.

§. 186.

*Veteres Judaei, tum Christo coevi, tum post illum proprius viventes, Prophetias de Christo su¬ pra allatas communi nobiscum explicatione de Christo intellexere.*

Nam 1) Prophetiam JACOBI de Messia, uti nos intellexere a) uterque *paraphrastes Chaldaicus* b) Rabbi Johanam, Schela &c. *in Talmude Jeroso¬ lymitano.* c) *Interpretationes in Gemara.* 2) Quod DANIELIS Vaticinium attinet, uti 70. heb¬ domadarum terminus cum sine quarti millenarii mundi existentis congruit, ita Vetus erat Ju¬ daeorum traditio, Messiam versus finem hujus quarti millenarii venturum, adeo, ut Rabbini vulgo affirment, sua peccata obstitisse, quo mi¬ nus Messias, condicto tempore venerit. Hinc nobiscum de *sensu* prophetiae non controvertunt, sed *caecitati* suae effugium quaerunt. 3) Quod reliquas *Prophetias attinet*, quae pugnantia in spe¬ ciem de Christi gloria & ignominia, de regno aeterno, & occisione asserunt, Rabbini tam af¬ firmanter de Messia intellexerunt, ut, cum ea in una Persona componere nequirent, duos di¬ versos Messias pro arbitrio sibi finxerint. 4.)

*Hieronymus* in ſcriptis Judæorum verſatiſſimus teſtatur de ſuæ ætatis Judæis (Præf. in Comm. lib. 6. Jerem. cap. XXX.), „ in eo tantum Judæos & Chriſtianos inter certamen eſt, ut „ cum illi, noſque credamus Chriſtum DEI filium repromiſſum, & ea, quæ ſunt futura ſub „ Chriſto: a nobis EXPLETA, abillis EXPLENDA „ dicantur.“ 9) *Recentiorum Rabbinorum* fabulæ pœne infinitæ ſunt, quin operæ pretium ſit, illas referre. Certum eſt, *deſperationis* conſilio eſſe confictas.

## §. 187.

*Summa dictorum hactenus pro Judæis.* I. *Prophetiæ ſcripturæ Judaicæ ita in Chriſto impletæ ſunt, ut oporteat vel negare, eas deſignare Meſſiam, vel affirmare, hunc Meſſiam eſſe ſolum Chriſtum Jeſum.*

II. *Si eæ in Chriſto impletæ ſunt, datur nexus admirabilis inter veterem legem & novum.*

III. *Si non de Meſſia (Jeſu Chriſto) intelligantur, ipſis prophetiis & veritatis & prophetiæ Character deficit.*

IV. *Si Judaicas prophetias omnes in medio relinquamus, Chriſtus Jeſus per peculiares prophetias a ſe editas divinam Miſſionem ſuam ſatis comprobavit.*

V. *Si Chriſtus fuit verus Propheta, potuit eſſe æque authenticus interpres ſcripturarum veterum.*

Hieronymus in scriptis Judaeorum versatissimus testatur de suae aetatis Judaeis (Praef. in Comm. lib. 6. Jerem. cap. XXX.), ,,in eo tantum Ju¬ „daeos & Christianos inter certamen est, ut „cum illi, nosque credamus Christuam DEI fi- „lium repromissum, & ea, quae sunt futura sub „Christo: a nobis EXPLETA, abillis EXPLENDA „dicantur." 5) *Recentiorum Rabbinorum* fabulae poene infinitae sunt, quin operae pretium sit, illas re¬ ferre. Certum est, *desperationis* consilio esse confictas.

§. 187.

*Summa dictorum hactenus pro Judaeis. I. Prophetiae scripturae Judaicae ita in Christo im¬ pletae sunt, ut oporteat vel negare, eas designare Messiam, vel affirmare, hunc Messiam esse solum Christum Jesum.*

II. *Si eae in Christo impletae sunt, da- tur nexus admirabilis inter veterem legem & novum.*

III. *Si non de Messia (Jesu Christo) in¬ telligantur, ipsis prophetiis & veritatis & pro¬ phetiae Character deficit.*

IV. *Si Judaicas prophetias omnes in me¬ dio relinquamus, Christus Jesus per peculiares prophetias a se editas divinam Missionem suam statis comprobavit.*

V. *Si Christus fuit verus Propheta, potuit esse aeque authenticus interpres scripturarum ve- terum.*

VI. *Si Patres Judæorum peccarunt, repudiando Chriſtum poſt viſa ejus miracula; multo magis peccant eorum filii, repudiando Chriſtum, poſtquam de veritate* PROPHETIARUM *ipſius* Chriſti convicti ſunt.

* Ut ergo a Judæis ad Theiſtas revertamur.

## §. 188.

*Prophetiæ a Jeſu Chriſto editæ ſunt vere divinæ.* Prædixit enim cum ſumma PRÆCISIONE adjuncta omnia mortis ſuæ, *excidii ſolymæ, converſiones gentium* &c. Atqui hi eventus erant *futuri*, & *liberi*. Ergo &c.

## §. 189.

*Hæ prophetiæ editæ ſunt a Chriſto in teſtimonium ſuæ miſſionis divinæ & religionis.* Adjuncta enim paſſionis ſuæ prædixit, ne diſcipuli de miſſione ſua dubitarent Matth. XI. 6. *beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me.* 2) Judæis obſtinationem prædixit ob MISSIONEM ſuam contemtam Matth. *XXIII.* 32. *implete menſuram patrum veſtrorum.* 3) Venturos Pſeudo-Chriſtos prædicit Matth. *XXIV.* 14, ut ſuos diſcipulos a præjudicio contra ſuam MISSIONEM prænuniant: *Ecce prædixi vobis!*

CAPUT

VI. *Si Patres Judaeorum peccarunt, repu¬ diando Christum post visa ejus miracula; multo magis peccant eorum filii, repudiando Christum, postquam de veritate* PROPHETIARUM *ipsius* Christi convicti sunt.

* Ut ergo a Judaeis ad Theistas revertamur.

§. 188.

*Prophetiae a Jesu Christo editae sunt ver di¬ vinae*. Praedixit enim cum summa PRAECISIONE adjuncta omnia mortis suae, *excidii solymae, conversiones gentium* &c. Atqui hi eventus erant *futuri, & liberi.* Ergo &c.

§. 189.

*Hae prophetiae editae sunt a Christo in testimo¬ nium suae missionis divinae & religionis.* Adjuncta enim passionis suae praedixit, ne discipuli de missione sua dubitarent Matth. XI. 6. *beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* 2) Judaeis ob¬ stinationem praedixit ob MISSIONEM suam contem¬ tam Matth. XXIII. 32. *implete mensuram patrum vestrorum*. 3) Venturos Pseudo- Christos praedi¬ cit Matth. XXIV. 14, ut suos discipulos a praejudicio contra suam MISSIONEM praenuniant: *Ecce praedixi vobis!*

# CAPUT VI.

## AUT HODIERNUM JUDÆORUM AUT MAHOMETANAM RELIGIONEM VERAM ESSE POSSE, IMPOSSIBILE EST.

## ARTICULUS I.

### *De Hodierna Religione Judæorum.*

§. 190.

*Axiomata hodiernæ Religionis Judaicæ.* I. *Scriptura hebræo canone contenta eſt divinitus inſpirata.* II. *Omnia in illa contenta unice collimant in Meſſiam.* III. *Hic nondum venit, nec eſt Jeſus Chriſtus.*

§. 191.

*Aut prima duo axiomata falſa ſunt, aut tertium.* Vel enim v. g. prophetiæ Jacobi & Danielis Meſſiam deſignant, vel non; *ſi primum;* ergo aut *falſæ* ſunt, aut Meſſias *jam venit*, adeoque vel primum vel tertium axioma falſum eſt. Si alterum, de qualibet prophetia pari ſaltem fundamento dicere poſſum, *ad Meſſiam eam non pertinere;* quo caſu ſecundum axioma falſum eſſet. Itaque.

* Interpretationibus variis Judæorum opponuntur geminæ Theſes ſeqq.

# CAPUT VI.

## AUT HODIERNUM JUDAEORUM AUT MAHOMETANAM RELIGIONEM VERAM ESSE POSSE, IMPOSSIBILE EST.

### ARTICULUS I.

### *De Hodierna Religione Judaeorum.*

§. 190.

*Axiomata hodiernae Religionis Judaicae. I. Scriptura hebraeo canone contenta est divinitus inspirat. II. Omnia in illa contenta unice collimant in Messiam. III. Hic nondum venit, nec est Jesus Christus.*

§. 191.

*Aut prima duo axiomata falsa sunt, aut tertium*. Vel enim v. g. prophetiae Jacobi & Danielis Messiam designant, vel non; *si primum;* ergo aut *falsae* sunt, aut Messias *jam venit,* adeoque vel primum vel tertium axioma falsum est. Si alterum, de qualibet prophetia pari saltem fundamento dicere possum, *ad Messiam eam non pertinere*; quo casu secundum axioma falsum esset. Itaque.

* Interpretationibus variis Judaeorum opponuntur geminae Theses seqq.

### §. 192.

*Explicationes prophetiarum ad Meſſiam pertinentium Judæis hodie familiares a Deo originem non habent.* Sunt enim antiquorum Magiſtrorum Judaicorum interpretationibus contrariæ (§. 185.), ſola neceſſitate inventæ, nec ulla ratione magis veriſimiles quam interpretationes Judæorum veterum & Chriſtianorum. Atqui explicationes, pari veriſimilitudine falſum & verum ſenſum offerentes, nec a DEO eſſe, nec pro REGULA fidei ſervire poſſunt.

### §. 193.

*Judæi religionis ſuæ fundamenta ſubruunt, ſi aut Jeſu Chriſti doctrinam, aut Chriſtianorum expoſitiones de prophetarum ſuorum vaticiniis rejiciunt.* Jeſus enim ſe Meſſiam a prophetis prædictum *tum miraculis tum vaticiniis* comprobavit; ergo ſi Judæi Jeſu Chriſti doctrinam, Chriſtianorumque explicationes rejiciunt, Moyſis & prophetarum ſuorum doctrinas æque rejiciant neceſſe eſt, ceu iisdem argumentis, *miraculis nempe & vaticiniis* ſaltem non majoribus comprobatam. Brevius, ſi miracula & prophetiæ Miſſionem Chriſti non probant Judæis, neque Miſſionem Moyſis comprobabunt.

### §. 194.

*Hodiernæ Judæorum fabulæ Thalmudicæ cum antiqua religione ſic pugnant, ut evidens ſit, eodem ſpiritu eos regi non poſſe, ac ipſorum Patres ante ætatem Chriſti.* Illorum enim antiquorum mirus

§. 192.

*Explicationes prophetiarum ad Messiam pertinentium Judaeis hodie familiares a Deo originem non habent.* Sunt enim antiquorum Magistrorum Judaicorum interpretationibus contrariae (§. 185.), sola necessitate inventae, nec ulla ratione magis verisimiles quam interpretationes Judaeorum veterum & Christianorum. Atqui explicationes, pari verisimilitudine falsum & verum sensum offerentes, nec a DEO esse, nec pro REGULA fidei servire possunt.

§. 193.

*Judaei religionis suae fundamenta subruunt, si aut Jesu Christi doctrinam, aut Christianorum expositiones de prophetarum suorum vaticiniis rejiciunt.* Jesus enim se Messiam a prophetis praedictum *tum miraculis tum vaticiniis* comprobavit; ergo si Judaei Jesu Christi doctrinam, Christianorumque explicationes rejiciunt, Moysis & prophetarum suorum doctrinas aeque rejiciant necesse est, ceu iisdem argumentis, *miraculis nempe & vaticiniis* saltem non majoribus comprobatam. Brevius, si miracula & prophetiae Missionem Christi non probant Judaeis, neque Missionem Moysis comprobabunt.

§. 194.

*Hodiernae Judaeorum fabulae Thalmudicae cum antiqua religione sic pugnant, ut evidens sit, eodem spiritu eos regi non posse, ac ipsorum Patres ante aetatem Christi.* Illorum enim antiquorum

mirus in dogmatis conſenſus, hodiernorum perpetua diſſenſio. 2) Rationi repugnant fabulæ illæ de Deo flente ob ſolymæ excidium, & legem relegente &c. 3) Si dicant, ADVENTUM MESSIÆ ob peccata differri, dicam ego, populi hujus in MESSIA NON *agnoſcendo* cæcitatem a Deo permitti. Sic enim et DEI *fidelitas* in promiſſis ſalvatur, & *obſtinationis* hominum ſufficiens ratio datur.

## ARTICULUS II.

### *De Religione Mahometana.*

### §. 195.

*Mahometis Religio nullam habet veriſimilitudinem, quod ſit a Deo revelata. Supponit*, Mahometem reſtauraſſe Doctrinam Moyſis & Jeſu Chriſti, & novam religionem DEI Magiſterio reſtauraſſe. Atqui hanc ſuam miſſionem nec probavit 1) VATICINIIS; quæ quidem nec fingere auſus eſt, 2) Nec MIRACULIS; prætenſa enim prodigia, v. g. de *Columba* ad aurem advolante, de *Camelo* locuto ſibi noctu, de *itinere* per planetas, de *raptu* ſui ab Angelo Gabriele per aera, *divina traditione* partis Alcorani &c. aut non ſunt *ſatis conteſtata*, aut humana arte *imitanda*, aut ſua ſe *abſurditate* refutant. 3) Nec *ſanctitate*. Fuit enim prædator, adulter, ſtuprator, rebellis &c. 4) Nec PROPAGATIONE ſuæ religionis, ope gladii facta, 5) Nec PROPHETIIS de ſua perſona jam præexiſtentibus, & in ſe impletis. Quod enim fingunt, Machometem Joan. *XIV.* prædictum, & prædictionem a Chriſtianis dele-

mirus in dogmatis consensus, hodiernorum per¬
petua dissensio. 2) Rationi repugnant fabulae
illae de Deo flente ob solymae excidium, & le¬
gem relegente &c. 3) Si dicant, ADVEN¬
TUM MESSIAE ob peccata differri, dicam ego,
populi hujus in MESSIA NON *agnoscendo* caecita¬
tem a Deo permitti. Sic enim et DEI *fidelitas*
in promissis salvatur, & *obstinationis* hominum
sufficiens ratio datur.

## ARTICULUS II.

### *De Religione Mahometana.*

§. 195.

M*ahometis Religio nullam habet verisimilitudinem,
quod sit a Deo revelata. Supponit*, Mahometem
restaurasse Doctrinam Moysis & Jesu Christi,
& novam religionem DEI Magisterio restaurasse.
Atqui hanc suam missionem nec probavit 1) VA¬
TICINIIS; quae quidem nec fingere ausus est,
2) Nec MIRACULIS; praetensa enim prodigia,
v. g. de *Columba* ad aurem advolante, de *Ca¬
melo* locuto sibi noctu, de *itinere* per planetas,
de *raptu* sui ab Angelo Gabriele per aera, *di¬
vina traditione* partis Alcorani &c. aut non sunt
*satis contestata*, aut humana arte *imitanda,* aut
sua se *absurditate* refutant. 3) Nec *sanctitate.*
Fuit enim praedator, adulter, stuprator, rebel¬
lis &c. 4) Nec PROPAGATIONE suae religionis,
ope gladii facta, 5) Nec PROPHETIIS de sua
persona jam praeexistentibus, & in se impletis.
Quod enim fingunt, Machometem Joan. XIV.
praedictum, & praedictionem a Christianis dele¬

tam, *hoc plane impoſſibile eſt.* Nam hæc ſcripturæ corruptio nec facta eſt *ante adventum* Machometis cum Chriſtani neſcirent, quid monſtri foret Machometes, nec *poſt adventum* ſeculo octavo, exemplis ſcipturarum toto orbe per diverſas verſiones jam dudum diſperſis. Ergo &c.

## §. 196.

*Machometis Religio a Deo revelari omnino non potuit.* Complectitur enim a) dogmata LUMINI NATURÆ EVIDENTER CONTRARIA. Fingit enim 1) Deum jurare per angelos & Dæmones. 2) Deum ſibi permiſiſſe *violationem jurisjurandi* ob adulterium committendum. 3) Deum orare pro Mahomete. 4) Deum ſibi permiſiſſe *licentiam adulterii*, ſtupri, raptus &c. 5) Dæmonem eſſe *ſpiritum* ex igne peſtifero creatum. 6) *Felicitatem* hominis reponi debere *in* illecebris *gulæ* & *libidinis.* Unde & in altera vita ſuis aſſeclis promittit *hortos*, *vaſa plena*, *puellas pupillæ nigerrimæ* &c. 7) Accepiſſe ſe a Deo *privilegium deprædandi* & cædendi homines. b) Occurrunt in Alcorano innumeræ CONTRADICTIONES v. g. Az. 9. ait, incredulis juxta voluntatem DEI a ſe *nullum malum illatum* iri, Az. 18. præcipit, incredulos *omnes interfici.* c) Idem FABULIS & MENDACIIS ſcatet v. g. de pulcra muliere, quæ ab angelis vino captis ſolemne carmen didicit, quo in cælum aſcendere & deſcendere poſſet, & aſcendens a Deo deprehenſa, ſtella veneris eſſe juſſa fuit. Atqui Deus nequit eſſe auctor dogmatum LUMINI NATURÆ evidenter contrariorum, CONTRADICTIONUM, MENDACIORUM &c. Ergo

CAPUT

tam, *hoc plane impossibile est*. Nam haec scriptu¬
rae corruptio nec facta est *ante advetum* Macho¬
metis cum Christiani nescirent, quid monstri fo¬
ret Machometes, nec *post adventum* seculo octa-
vo, exemplis scripturarum toto orbe per diver¬
sas versiones jam dudum dispersis. Ergo &c.

§. 196.

*Machometis Religio a Deo revelari omnino*
*non potuit*. Complectitur enim a) dogmata LU¬
MINI NATURAE EVIDENTER CONTRARIA. Fingit
enim 1) Deum jurare per angelos & Daemo¬
nes. 2) Deum sibi permisisse *violationem jurisju¬*
*randi* ob adulterium committendum. 3) Deum
orare pro Mahomete. 4) Deum sibi permississe
*licentiam adulterii*, stupri, raptus &c. 5) Dae¬
monem esse *spiritum* ex igne pestisero creatum.
6) *Felicitatem* hominis reponi debere in illece¬
bris *gulae* & *libidinis.* Unde & in altera vita
suis asseclis promittit *hortos, vasa plena, puellas*
*pupillae nigerrimae* &c. 7) Accepisse se a Deo
*privilegium depraedandi* & caedendi homines. b)
Occurrunt in Alcorano innumerae CONTRADI¬
CTIONES v. g. Az. 9. ait, incredulis juxta vo¬
luntatem DEI a se *nullum malum illatum* iri,
Az. 18. praecipit, incredulos *omnes interfici*. c)
Idem FABULIS & MEDACIIS scatet v. g. de pul¬
cra muliere, quae ab angelis vino captis solem¬
ne carmen didicit, quo in caelum ascendere &
descendere posset, & ascendens a Deo depre¬
hensa, stella veneris esse jussa fuit. Atqui Deus
nequit esse auctor dogmatum LUMINI NATURAE
evidenter contrariorum, CONTRADICTIONUM,
MENDACIORUM &c. Ergo

# CAPUT VII.

## EXISTENTIA REVELATIONIS DIVINÆ DE RELIGIONE CHRISTIANA NOVI TESTANENTI ABSOLUTE EX CRITERIIS MEDIATIS EXTRINSECIS OSTENDITUR.

### §. 197.

### Conspectus hujus demonstrationis.

Oſtenſum hactenus eſt, Religionem Chriſtianam eſſe a Deo certe *revelatam*, Si miracula & prophetias certo *edita ſunt.* Nunc ergo demonſtrandum eſt, miracula & prophetias Jeſu Chriſti vere aliquando *edita fuiſſe.* Hoc ut obtineatur, oſtendere oportet, miracula & prophetias ſatis eſſe CONTESTATAS, & ipſam conteſtationem eſſe AUTHENTICAM, h. e. ſcientia & veracitate teſtium comprobatam. Ut porro EXISTENTIA CONTESTATIONIS evincatur, probandum 1) quod Apoſtoli ipſi & præcipuas Eccleſias *fundarint*, & his Epiſcopos ex diſcipulis optimis *præfecerint*, 2) Quod hæ Eccleſiæ communi conſenſu ſumma cautela *receperint* ſcripta Apoſtolica ceu authentica. 3) Quod ea ſcripta hoc ipſo *vera* ſint, & ab iis auctoribus ſcripta, quorum nomen præſeferunt. 4) Quod ea ſcripta ante ſolymorum ruinam confecta fuerint, adeoque *prophetica* ſint. 5) Quod incorrupta ad nos usque pervenerint. Ut vero CONTESTATIONIS AUCTORITAS oſtendatur, probandum inſuper 6) Quod Apoſtoli & reliqui ſcriptores habuerint

# CAPUT VII.
## EXISTENTIA REVELATIONIS DIVI-
## NAE DE RELIGIONE CHRISTIA¬
## NA NOVI TESTANENTI ABSOLUTE
## EX CRITERIIS MEDIATIS EX-
## TRINSECIS OSTENDITUR.

§. 197.

### CONSPECTUS HUJUS DEMONSTRATIONIS.

**O**stensum hactenus est, Religionem Christia¬
nam esse a Deo certe *revelatam,* SI miracu¬
la & prophetias certo *edita sunt*. Nunc ergo
demonstrandum est, miracula & prophetias Jesu
Christi vere aliquando *edita fuisse*. Hoc ut obti¬
neatur, ostendere oportet, miracula & prophe¬
tias satis esse CONTESTATAS, & ipsam contesta¬
tionem esse AUTHENTICAM, h. e. scientia & ve¬
racitate testium comprobatam. Ut porro EXI-
STENTIA CONTESTATIONIS evincatur, proban¬
dum 1) quod Apostoli ipsi & praecipuas Eccle¬
sias *fundarint,* & his Episcopos ex discipulis
optimis *praefecerint,* 2) Quod hae Ecclesiae com¬
muni consensu summa cautela *receperint* scripta
Apostlica ceu authentica. 3) Quod ea scripta
hoc ipso *vera* sint, & ab iis auctoribus scripta,
quorum nomen praeseferunt. 4) Quod ea scri¬
pta ante solymorum ruinam confecta fuerint,
adeoque *prophetica* sint. 5) Quod incorrupta ad
nos usque pervenerint. Ut vero CONTESTATIO¬
NIS AUCTORITAS ostendatur, probandum insuper
6) Quod Apostoli & reliqui scriptores habuerint

plenam *notitiam* eorum, quæ de Chriſto teſtati ſunt, & 7) quod cum *ſinceritate* teſtati ſunt. *Auctoritatem* conteſtationis poſterior, *exiſtentiam* illius probavit præſens Articulus: totus vero hujus Demonſtrationis Ordo cum nonniſi per exactas *logicæ practicæ* regulas & præprimis ex adcurata *Criteriorum* Veritatis notitia determinatus ſit, nemini ſane ſuſpectus eſſe poteſt, etſi & ſubtiliſſimæ *Philoſophiæ* laude & ſimul extremo *Veritatis* Chriſtianæ *odio* polleat.

## ARTICULUS I.

### *Doctrina, Miracula, Prophetiæ Chriſti ſunt ſatis atteſtata, & incorrupta ad nos pervenere.*

### §. 198.

Factum primum.

Apostoli et ejus Discipuli sua ætate fundaverunt Eccleſias, *ſeu cœtus fidelium, præſide ſummo, & fidei Magiſtro ex optimis diſcipulis conſtituto.* Sic

1) *Jeroſolymitana Eccleſia* prima omnium fundata eſt ab Apoſtolis ſtatim a die Penteco-ſtes, eique Epiſcopus præpoſitus eſt Jacobus Minor. Act. XXI. 18. *Cædem hujus* refert Joſephus Judæus L. XX. Antiqq. c. 8. succeſſere teſte Ægeſippo ſcriptore Eccleſiaſtico S. *Simeon*, *Juſtus*, *Zachæus*, *Tobias*, *Benjamin* I, *Joannes*, *Matthias*, *Benjamin* II, prout eos continua ſerie usque ad annum 18. Hadriani numerat *Euſebius*, florens initio ſeculi IV. (qui primus documenta

plenam *notitiam* eorum, quae de Christo testati sunt, & 7) quod cum *sinceritate* testati sunt. *Auctoritatem* contestationis posterior, *existentiam* illius probavit praesens Articulus: totus vero hujus Demonstrationis ORDO cum nonnisi per exactas *logicae practicae* regulas & praeprimis ex adcurata *Criteriorum* Veritatis notitia determi¬natus sit, nemini sane suspectus esse postest, et¬si & subtilissimae *Philosophiae* laude & simul ex¬tremo *Veritatis* Christianae *odio* polleat.

## ARTICULUS I.

### *Doctrina, Miracula, Prophetiae Christi sunt satis attestata, & incorrupta ad nos pervenere.*

§. 198.

FACTUM PRIMUM.

APOSTOLI ET EJUS DISCIPULI SUA AETATE FUNDAVERUNT ECCLESIAS, *seu caetus fidelium, praeside summo, & fidei Magistro ex optimis disci¬pulis constituto.* Sic

1) *Jerosolymitana Ecclesia* PRIMA omnium fundata est ab Apostolis statim a die Penteco¬stes, eique Episcopus praepositus est Jacobus Mi-nor. Act. XXI. 18. *Caedem hujus* refert Josephus Judaeus L. XX. Antiqq. c. 8. SUCCESSERE teste AEgesippo scriptore Ecclesiastico S. *Simeon, Ju¬stus, Zachaeus, Tobias, Benjamin I, Joannes, Matthias, Benjamin II,* prout eos continua serie usque ad annum 18. Hadriani numerat *Euse¬bius*, florens initio seculi IV. (qui primus docu¬

menta Eccleſiarum particularium collegit) Chron. ad ann. 112. & in hiſt. IV. 5. tanquam *Epiſcopos Judæos;* poſt proſcriptionem vero Judæorum ſubnectit Epiſcopos ex *gentibus prognatos* usque ad ſuam ætatem.

2) Antiochena a SS. Petro & Paulo fundata anno Chriſti 43. accepit primum Epiſcopum S. *Evodium*, anno 69. S. *Ignatium* Martyrem, inde *Heronem*, *Cornelium*, &c. Vide Euſeb. Chron. ad ann. 43, & ab anno 129.

3) Alexandria (Euſeb. Chron. ad ann. 43 & 62, omniumque antiquorum conſenſu) fundata a S. *Marco* Evangeliſta, & vivis adhuc SS. Petro & Paulo gubernata ab eo, ſucceſſores habuit *Anianum*, *Abilium*, &c.

4) Romana, princeps omnium, fundata ab ipſis SS. Petro & Paulo. *Hoc teſtatur* S. Clemens Romanus, S. Ignatius Martyr idemque diſcipulus Apoſtolorum, Papias, S. Iræneus, S. Dionyſius Corinthius &c. quorum aliorumque teſtimonia alibi diſtincte referemus.

5) Atheniensis a S. Paulo fundata Act. XVII, eique primus Epiſcopus datus eſt S. Dionyſius Areopagitarum unus; *ſucceſſorum* ſeriem item texit Euſebius Chron. ad ann. 124. & 127.

6) 'Corinthiaca item a S. Paulo fundata. Act. XVIII. 11., qui ad Corinthios duas dedit epiſtolas, urgens Corinthios inter alia ad venerandum Epiſcopum Apoſtolica auctoritate conſtitutum.

7) Ephe-

menta Ecclesiarum particularium collegit) Chron. ad ann. 112. & in hist. IV. 5. tanquam *Episco¬ pos Judaeos;* post proscriptionem vero Judaeorum subnectit Episcopos ex gentibus prognatos usque ad suam aetatem.

2) ANTIOCHENA a SS. Petro & Paulo fun¬ data anno Christi 43. accepit primum Episco¬ pum S. *Evodium,* anno 69. S. *Ignatium* Marty¬ rem, inde *Heronem, Cornelium*, &c. Vide Eu¬ seb. Chron. ad ann. 43, & ab anno 129.

3) ALEXANDRIA (Euseb. Chron. ad ann. 43 & 62, omniumque antiquorum consensu) fun¬ data a S. *Marco* Evangelista, & vivis adhuc SS. Petro & Paulo gubernata ab eo, successo¬ res habuit *Anianum, Abilium*, &c.

4) ROMANA, princeps omnium, fundata ab ipsis SS. Petro & Paulo. *Hoc testatur* S. Cle¬ mens Romanus, S. Ignatius Martyr idemque discipulus Apostolorum, Papias, S. Iraeneus, S. Dionysius Corinthius &c. quorum aliorumque te¬ stimonia alibi distincte referemus.

5) ATHENIENSIS a S. Paulo fundata Act. XVI, eique primus Episcopus datus est S. Dionysius Areopagitarum unus; *successorum* se¬ riem item texit Eusebius Chron. ad ann. 124. & T27.

6) CORINTHIACA item a S. Paulo funda¬ ta. Act. XVIII. 11., qui ad Corinthios duas de¬ dit epistolas, urgens Corinthios inter alia ad venerandum Episcopum Apostolica auctoritate constitutum.

7) Ephesina (Act. XVIII. & XIX.), & in S. Ignatii Martyris Epiſtola ad Epheſios anno 106. ſcripta, pariter a S. Paulo fundata refertur.

8) Ecclesiæ *Theſſallonicenſis*, *Coloſſenſis*, *Philippenſis*, *Galatiæ* plures, *Smirnenſis*, *Philadelphica*, *Cretenſis*, *Amaſtriaca* in *Ponto*, *Gortynenſis*, *Magneſia*, *Trallenſis*, *Hierapolitana*, *Sardicenſis*, *Cæſareenſis* in Syria, certo item vel ab Apoſtolis, vel ab Apoſtolorum diſcipulis fundatæ ſunt.

Pars altera de Epiſcopis per Apoſtolos conſtitutis inſuper confirmatur 1) Teſtimonio S. Clementis Romani in Epiſt. ad Corinthios: „Apoſtoli in regionibus & urbibus prædicantes, „quos inter ſe optimos invenerunt, & ſpiritu „ſancto probatos, in Epiſcopos & Diaconos illo„rum conſtituerunt, qui credituri erant.

Nam a) Meſſias, etſi ut Deus omniſcius erat, tamen, ut verus homo, CIBO USUS EST, & HOC uſu didicit, quæ utilia hominis vitæ, quæ noxia; ſicut hoc prius factum in Emanuele filio Iſaiæ. b) Dein ſicut, filio Iſaiæ nondum INFANTIAM egreſſo purgabatur Samaria & Damaſcus ab utroque Rege ſuo per mortem utriusque. ita etiam, Meſſia nondum INFANTIÆ omnes egreſſo Rex Samariæ Herodes Aſcalonita (Appian. lib. 5. bell. civil.) & Rex Damaſci Obodas (Judæ. antiq. lib. 16. c. 15.) morte oblati ſunt. Denique ſicut ex populo Juda ob mala a Rege Aſſyriæ illata nonniſi RELIQUIÆ ſalvatæ ſunt, ita & Judæis Meſſiam reprobantibus, Tito omnia vaſtante, nonniſi RELIQUIÆ credentium in Chriſto (Rom. IX. 27.) ſalvatæ ſunt.

4) *Nihil denique* obſtat, quod ſenſus prophetiæ non ſtatim a Rege Achaz & populo potuerit intelligi; poſteris tamen intelligere pronum fuit. Id quod providentiam & omniſcientiam DEI & commendat, & ab incredulorum objectione ſalvat.

II. Dictum illud Oſeæ XI. 2., *ex Ægypto vocavi filium meum*, in hebræo textu clarius ita ſonat: *quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Ægypto vocavi* INSTAR *filii mei.* Atqui verus DEI filius revera nomine magis proprio a Patre ex Ægypto revocatus dici poteſt, quam Iſrael. Ergo Oſeas recte omnino occaſionem arripuit, ſubito de Meſſia quid præſagiendi, non

ut

rum Regum. .... ,,Atqui SIGNO huic revera SIGNIFICATUM eminenter in Emanuele Messia respondit.

Nam a) Messias, etsi ut Deus omniscius erat, tamen, ut verus homo, CIBO USUS EST, & HOC usu didicit, quae utilia hominis vitae, quae noxia; sicut hoc prius factum in Emanue¬le filio Isaiae. b) Dein sicut, filio Isaiae non¬dum INFANTIAM egresso purgabatur Samaria & Damascus ab utroque Rege suo per mortem utriusque. ita etiam, Messia nondum INFANTIAE omnes egresso Rex Samariae Herodes Ascalonita (Appian. lib. 5. bell. civil.) & Rex Damasci Obodas (Judae. antiq. lib. 16. c. 15.) morte ob¬lati sunt. Denique sicut ex populo Juda ob ma¬la a Rege Assyriae iliata nonnisi RELIQUIAE sal¬vatae sunt, ita & Judaeis Messiam reprobanti¬bus, Tito omnia vastante, nonnisi RELIQUIAE credentium in Christo (Rom. IX. 27.) salva¬tae sunt.

4) *Nihil denique* obstat, quod sensus pro¬phetiae non statim a Rege Achaz & populo po¬tuerit intelligi; posteris tamen intelligere pro¬num fuit. Id quod providentiam & omniscien¬tiam DEI & commendat, & ab incredulorum objectione salvat.

II. Dictum illud Oseae XI. 2., *ex AEgypto vocavi filium meum*, in hebraeo textu clarius ita sonst: *quia puer Israel, & dilexi eum, & ex AEgypto vocavi* INSTAR *filii mei.* Atqui verus DEI filius revera nomine magis proprio a Pa¬tre ex AEgypto revocatus dici potest, quam Is-rael. Ergo Oseas recte omnino occasionem ar¬ripuit, subito de Messia quid praesagiendi, non

ut ipſum AUDIENTES *intelligerent*, ſed ut olim Chriſtum prædicari AUDIENTES, in fide magis *confirmarentur*.

III. Illa adnotatio S. Matthæi (*quoniam Nazarenus vocabitur*) multimodis defenditur. VEL enim vox, *Nazarenus*, ſcribitur per Zain; tunc SIGNIFICAT, *ſanctus*, *conſecratus*, *ſelectus Deo;* MESSIAS vero (Pſal. XV. 10.) *ſanctus Domini*, (Daniel. IX. 24.) *ſanctus ſanctorum ungendus*, item a Jacobo Gen. XLIX. 26. vocatur: a Moyſe vero Deut. XXXIII. ipſum *nomen* expreſſum invenies: VEL ſcribitur per dſade; & SIGNIFICAT, *ſurculus*, *germen*, *florem*, MESSIAS vero GERMEN FLORENS prædicitur Iſai. IV. 2., & XI. 1., Jerem. XXIII. 5., & XXXIII. 15., item Zach. III. 8. & VI. 12.

b) *Marcum non ſcribere voluiſſe Epitomen Matthæi*, Euſebius (hiſt. III. ult.) ex Papia probat, referens Marcum Petri interpretem conſcripſiſſe, quæ a Petro audierat, non eo ordine, quo Dominus egit, vel locutus eſt, id ſolum attendendo, ne vel quod veri omitteret vel falſi adderet. Si diſcrimen inter Marci & Matthæi relationem quempiam moveat, is velim oſtendat quatuor auctores, circa ejusdem hominis geſta in rebus paucioribus diſcrepantes, quin propterea fides hiſtoriæ in ſuſpicionem recte adducatur.

c) *Finis, cur Lucas ſcriberet, fuit, ut ex fidelium, græcorum maxime, manibus excuteret hiſtorias, multa de Jeſu Chriſto præpoſtere narrantes.* FINE hoc ſuppoſito potuit ſuperſedere *narrandis* factis a Matthæo jam narratis, & addere non *narrata* a Matthæo, qui alium finem habebat,

nempe

ut ipsum AUDIENTES *intelligerent,* sed ut olim Christum praedicari AUDIENTES, in fide magis *confirmarentur.*

III. Illa adnotatio S. Matthaei (*quoniam Na¬ zarenus vocabitur*) multimodis defenditur. VEL enim VOX, *Nazarenus,* scribitur per Zain; tunc SIGNIFICAT, *sanctus, consecratus, selectus Deo*; MESSIAS vero (Psal. XV. 10.) *sanctus Domini,* (Daniel. IX. 24.) *sanctus sanctorum ungendus*, item a Jacobo Gen. XLIX. 26. vocatur: a Moy¬ se vero Deut. XXXIII. ipsum *nomen* expressum invenies: VEL scribitur per dsade; & SIGNI- FICAT, *surculus, germen, florem,* MESSIAS vero GERMEN FLORENS praedicitur Isai. IV. 2., & XI. 1., Jerem. XXIII. 5., & XXXIII. 15., item Zach. III. 8. & VI. 12.

b) *Marcum non scribere voluisse Epitomen Matthaei*, Eusebius (hist. III. ult.) ex Papia pro¬ bat, referens Marcum Petri interpretem conscri- psisse, quae a Petro audierat, non eo ordine, quo Dominus egit, vel locutus est, id solum at¬ tendendo, ne vel quod veri omitteret vel falsi adderet. Si discrimen inter Marci & Matthaei relationem quempiam moveat, is velim osten¬ dat quatuor auctores, circa ejusdem hominis gesta in rebus paucioribus discrepantes, quin propterea fides historiae in suspicionem recte ad¬ ducatur.

c) *Finis, cur Lucas scriberet, fuit, ut ex fi¬ delium, graecorum maxime, manibus excuteret hi¬ storias, multa de Jesu Christo praepostere narrantes.* FINE hoc supposito potuit supersedere *narrandis* factis a Matthaeo jam narratis, & addere non *narrata* a Matthaeo, qui alium finem habebat,

nempe *notas Meſſiæ in Chriſto conjunctas ex vaticiniis evincere.* Facta a Luca addita erant & PUBLICA &, cum ſcriberet, adeo RECENTIA, ut, niſi vera fuiſſent, credita non fuiſſent. *Dein* adjuncta humilia de nativitate Meſſiæ tam ſunt adverſa *præjudiciis* Judæorum, *tum ſuperſtitioni* paganorum contraria, ut ab impoſtore certo omiſſa fuiſſent. *Denique* impoſturæ ſuſpicionem avertunt verba pauciſſima, maxima myſteria tam ſimpliciter exprimentia.

d) *Propoſitum S. Joannis fuit, tum ut ſuppleret, quæ omiſſa ſunt a tribus Evangeliſtis, tum divinitatem Jeſu Chriſti non præciſe per miracula, ſed aliis teſtimoniis probaret.* HUMANITAS enim Jeſu Chriſti ab aliis Evangeliſtis per relationem Genealogiæ, nativitatis &c. jam erat oſtenſa ſatis, DIVINITAS vero a contemporaneis ſibi hæreticis Ebione, Cerinthio, pervivacius impugnata. *Huic fini* ſerviebant ipſæ Actiones Jeſu Chriſti, & colloquia; uti *teſtimonium* Joannis Baptiſtæ Jo. I. 34., *colloquium* Jeſu cum diſcipulis ipſum pro DEI filio agnoſcentibus Jo. I. 49, Cum Nicodemo Jo. III. 16., cum Judæis de divinitate ſua Jo. V. a. 17., cum Martha Jo. XI. 27. *Obſcuritas* rationem præbet tum ſublimitas Myſterii, tum arcanum DEI ſapientiæ conſiliam, quod non permittebat tam evidentem divinitatis manifeſtationem, ut Judæi illi reſiſtere nequirent. *Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum Gloriæ crucifixiſſent* (I. Cor. II. 8.) *Neque* primus Joannes de Chriſti divinitate diſſerit, qui Pſal. II. 7. *filius DEI*, Act. XIII. 32. & 33. a Paulo *æqualis Deo*, Philipp. II. 6. *Deus ſuper omnia benedictus &c.* vocatur, ab Archangelo Luc. I. 35. *filius DEI vocandus* prædicitur, & a Chriſtianis ſeculo primo ipſo teſte Plinio Jun. in

Epiſt.

nempe *notas Messiae in Christo conjunctas ex vati¬
ciniis evincere*. Facta a Luca addita erant & PU¬
BLICA &, cum scriberet, adeo RECENTIA, ut,
nisi vera fuissent, credita non fuissent. *Dein*
adjuncta humilia de nativitate Messiae tam sunt
adversa *praejudiciis* Judaeorum, tum *superstitioni*
paganorum contraria, ut ab impostore certo
omissa fuissent. *Denique* imposturae suspicionem
advertunt verba paucissima, maxima mysteria tam
simpliciter exprimentia.

d) *Propositum S. Joannis fuit, tum ut sup¬
pleret, quae omissa sunt a tribus Evangelistis, tum
divinitatem Jesu Christi non praecise per miracula.
sed aliis testimoniis probaret.* HUMANITAS enim
Jesu Christi ab aliis Evangelistis per relationem
Genealogiae, nativitatis &c. jam erat ostensa sa¬
tis, DIVINITAS vero a contemporaneis sibi hae¬
reticis Ebione, Cerinthio, pervivacius impugna¬
ta. *Huic fini* serviebant ipsae Actiones Jesu Chri¬
sti, & colloquia; uti *testimonium* Joannis Bapti¬
stae Jo. I. 34., *colloquium* Jesu cum dscipulis
ipsum pro DEI filio agnoscentibus Jo. I. 49,
Cum Nicodemo Jo. III. 16., cum Judaeis de divi¬
nitate sua Jo. V. a. 17., cum Martha Jo. XI.
27. Obscuritas rationem praebet tum sublimitas
Mysterii, tum arcanum DEI sapientiae consiliam,
quod non permittebat tam evidentem divinitatis
manifestationem, ut Judaei illi resistere nequi¬
rent. *Si enim cognovissent, nunquam Dominum
Gloriae crucifixissent* (I. Cor. II. 8.) *Neque* pri¬
mus Joannes de Christi divinitate disserit, qui
Psal. II. 7. *filius DEI,* Act. XIII. 32. & 33. a
Paulo *aequalis Deo*, Philipp. II. 6. *Deus super
omnia benedictus &c*. vocatur, ab Archangelo
Luc. I. 35. *filius DEI vocandus* praedicitur, & a
Christianis seculo primo ipso teste Plinio Jun. in

Epiſt. ad Trajanum, DEUS creditus fuit. Ergo potius, ad refutandos Platonicos, quam ad imitandos Evangelii exordium ſcripſiſſe credendus eſt S. Joannes, dum identitatem *Verbi* cum Deo tam LUCULENTER oſtendit, Platonica vero, *ideam rationis* creationi præſediſſe affirmantes, innumeras Chimeras velut DIVINANDO de Deo, de mente humana &c. aſſerunt.

e) *Supereſt mirabilium affectio. Fatemur* ergo 1) narratiunculis rerum mirabilium indolem famæ ineſſe, quæ creſcit eundo. Sed *negamus* miracula Jeſu Chriſti incerto rumore promulgagata; fuere enim Apoſtoli *Teſtes* oculati, *ſcripta* ſumma Chriſti recepta, ingens Epiſcoporum *vigilantia.*

*Fatemur* 2) Sectæ ſtudio ſæpe mirabiles effectus confictas eſſe; ſed *negamus* ullum motivum fraudis adfuiſſe in propaganda religione, antiquis ritibus & cunctis hominum affectionibus conſtare contraria.

3) *Negamus* ipſi objectioni veritatem, non enim poſteriores Evangeliſtæ miracula majora, quam quæ a prioribus referuntur, narrant. Omnes enim QUATUOR reſurrectionem Chriſti ejusque aſcenſionem pari ſimplicitate, S. Joannes ejusdem divinitatem COLLOQUIIS, reliqui ſaltem PRODIGIIS comprobant.

*Denique* 4) Objectio iſta contra philoſophiæ ſanæ regulas peccat, quæ docet, ſi eventus *cauſam* habeat natura creata *altiorem*, parum intereſſe inter *eventus* ipſius *magnitudinem*. Virtuti INFINITÆ enim non poteſt non accidere æque facilis unius atque alterius operatio. *Ultimo* Epiſco-

Epist. ad Trajanum, DEUS creditus fuit. Ergo
potius, ad refutandos Platonicos, quam ad imi¬
tandos Evangelii exordium scripsisse credendus
est S. Joannes, dum identitatem *Verbi* cum
Deo tam LUCULENTER ostendit, Platonica vero,
ideam rationis creationi praesedisse affirmantes,
innumeras Chimeras velut DIVINANDO de Deo,
de mente humana &c. afferunt.

e) superest mirabilium affectio. Fatemur er¬
go 1) narratiunculis rerum mirabilium indolem
famae inesse, quae crescit eundo. Sed negamus
miracula Jesu Christi incerto rumore promulga¬
gata; fuere enim Apostoli Testes oculati, scri¬
pta fumma Christi recepta, ingens Episcoporum
vigilantia.

Fatemur 2) Sectae studio saepe mirabiles ef-
fectus consictas esse; fed *negamus* ullum moti¬
vum fraudis adfuisse in propaganda religione,
antiquis ritibus & cunctis hominum asfectioni¬
bus constare contraria.

3) Negamus ipsi objectioni veritatem, non
enim posteriores Evangelistae miracula majora,
quam quae a prioribus reseruntur, narrant.
Omnes enim QUATUOR resurrectionem Christi
ejusque ascensionem pari simplicitate, S. Joan¬
nes ejusdem divinitatem COLLOQUIIS, reliqui sal¬
tem PRODIGNIIS comprobant.

Denique 4) Objectio ista contra philosophiae
sanae regulas peccat, quae docet, si eventus
causam habeat natura creata altiorem, parum in¬
teresse inter *eventus* ipsious *magnitudinem.* Virtuti
INFINITAE enim non potest non accidere aeque
facilis unius atque alterius operatio. *Ultimo*

Epiſcopi hac fraudum accumulatione arma ſane obvia contra ſe ipſos ſuis *hoſtibus* præbuiſſent, religionem eo audacius infanandi; *Apoſtatis* quidem, excuſationem abjecti animi, *Hæreticis* gloriam inſuper deſertæ impoſtorum turbæ, *Judæis & paganis* meritum in protrahenda fraude inde ſibi effingentibus. *Quod S. Lucam attinet*, *omnia a principio aſſecutus* dici poteſt, etſi facta omittat, ab aliis vel jam *relata*, vel alias *notiſſima*. *Auxeſis* vero illa Joannis nihil prodit niſi ſummam divini Magiſterii admirationem, eamque juſtiſſimam, cum Oeconomia vitæ Jeſu Chriſti magno librorum adhuc poſſibilium apparatu exhauriri nequiret.

## §. 210.

*Opponunt antilogias in Evangeliis.* Sic a) Matthæus, enarrans Genealogiam Jeſu Chriſti, omittit tres generationes, & Joram facit patrem Oſeæ, qui illius (I. Paralip. III.) pronepos fuit. Idem in tertia diviſione intra idem tempus, in quo 22. generationes recenſet Lucas, nonniſi 14. generationes narrat. b) *Joſephus* a Matthæo cap. I. dicitur Jacobi, a Luca cap. III. Heli filius; *Salathiel* ab uno filius Jechoniæ, ab altero filius Neri. Denique *Jeſus* non poteſt probari eſſe filius Davidis per Genealogias Joſephi, qui vere ejus pater non fuit. c) Juxta Matthæum Jeſus natus eſt ſub Rege Herode, juxta Lucam ſub Cyrenio Syriæ Præſide, qui tamen nonniſi decennio poſt Syriam gubernavit. d) Matthæus cap. XXVIII. 9. Verba de 30. Argenteis tribuit Jeremiæ, apud quem non extant, ſed apud Zachariam XI. 13.

Episcopi hac fraudum accumulatione arma sane obvia contra sd ipsos suis *hostibus* praebuissent religionem eo audacius infanandi; *Apostatis* qui¬dem, excusationem abjecti animi, *Haereticis* glo¬riam insuper desertae impostorum turbae, *Judaeis* & *paganis* meritum in protrahenda fraude inde fibi effingentibus. *Quod S. Lucam attinet, omnia a principio assecutus* dici potest, etsi facta omit¬tat, ab aliis vel jam *relata,* vel alias *notissima.* *Auxesis* vero illa Joannis nihil prodit nisi sum¬mam divini Magisterii admirationem, eamque ju¬stissimam, cum Oeconomia vitae Jesu Christi magno librorum adhuc possibilium apparatu ex¬hauriri nequiret.

S. 210.

*Opponunt antilogias in Evangeliis.* Sic a) Matthaeus, enarrans Genealogiam Jesu Christi, omittit tres generationes, & Joram facit patrem Oseae, qui illius (I. Paralip. III.) pronepos fuit. IDEM in tertia divisione intra idem tempus, in quo 22. generationes recenset Lucas, nonnisi 14. generationes narrat. b) *Josephus* a *Matthaeo* cap. I. dicitur Jacobi, a Luca cap. III. Heli si¬lius; *Salathiel* ab uno silius Jechoniae, ab altero filius Neri. Denique *Jesus* non potest probari esse filius Davidis per Genealogias Josephi, qui vere ejus pater non fuit. c) Juxta Matthaeum Jesus natus est sub Rege Herode, juxta Lucam sub Cyrenio Syriae Praefide, qui tamen nonnisi decennio post Syriam gubernavit. d) Matthaeus cap. XXVIII. 9. Verba de 30. Argenteis tri-buit Jeremiae, apud quem non extant, sed apud Zachariam XI. 13.

*Reſponſio* ad a) *Silentii ſcriptoris mille cauſſæ eſſe poſſunt. Si ergo unica veriſimilis oſtenditur, ob ſilentium erroris accuſari nequeunt monumenta de cetero authentica.* Atqui talis aſſignari poteſt de Matthæo, qui tres generationes omiſit. Nam Ochoſias, Joas, & Amoſias, tres illa intermedii, ob infelices pugnas (IV. Reg. IX. XII. XIV.) certe Judæis inviſi fuere; ergo veriſimile eſt, eos conſpiratione facta ex tabulis publicis, genealogiam familiæ regiæ continentibus, eraſos fuiſſe; præſertim cum Joras ſanguini impiiſſimi Achab & Jezabelis ſe miſcuerat, Deus vero (III. Reg. XXI. 22.) poſteritatem Achabi deleturum ſe juraverat. *Circa inæqualitatem numeri generationum* non eſt inveriſimile, quod principes primogeniti familiæ regiæ Davidis, quæ poſt captivitatem dignitate ſolii exciderat, matrimonia Tardius, quam minoris fratres inierint, ut familiæ ſuæ dignitatem, ex qua Meſſiam naſciturum ſperabant, facilius ſuſtinerent.

b) Ut concordia utriusque Genealogiæ, perſpiciatur, ajo 1) juxta utrumque Evangeliſtam. *Jeſum non eſſe verum filium Joſephi, & tamen juxta ambos deſcendere a ſtirpe Davidis, quod nonniſi per Mariam contingere potuit.* Ajo 2) Matthæum texere Genealogiam *paternam* Joſepho propriam, prout illa verba evincunt: *Jacob* GENUIT *Joſeph virum Mariæ*, Lucam vero Genealogiam *maternam* Mariæ propriam. Eſt enim hæc antiquorum Eccleſiæ patrum traditio, & textus græcus videtur id ipſum innuere: *& ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta, exiſtens, ut* PUTABATUR, *filius Joſephi, Heli &c.* jam vero Heli idem eſt ac Joachim, Joachim vero Pater Mariæ fuit, prout aſſerunt protoevangelium S. Jacobi, & Evangelium Nativitatis Mariæ,

*Responsio* ad a) *Silentii soriptoris mille caus¬sae esse possunt. Si ergo unica verisimilis ostenditur, ob silentium erroris accusari nequeunt monumenta de cetero authentica.* Atqui talis assignari potest de Matthaeo, qui tres generationes omisit. Nam Ochosias, Joas, & Amosias, tres illa intermedii ob infelices pugnas (IV. Reg. IX. XII. XIV.) certe Judaeis invifi fuere; ergo verismile est, eos conspiratione facta ex tabulis publicis, ge¬nealogiam familiae regiae continentibus, erasos fuisse; praesertim cum Joras sanguni impiissimi Achab & Jezabelis se miscuerat, Deus vero (III. Reg. XXI. 22.) posteritatem Achabi deleturum se juraverat. *Circa inaequalitatem numeri generationum* non est inverisimile, quod principes primogeniti familae regiae Davidis, quae post captivitatem dignitate solii exciderat, matrimonia Tardius, quam minoris fratres inierint, ut familiae fuae dignitatem, ex qua Messiam nasciturum sperabant, facilius sustinerent.

b) Ut concordia utriusque Genealogiae, perspiciatur, ajo I) juxta utrumque Evangelistam. *Jesum non esse verum filium Josephi. & tamen juxta ambos descendere a stirpe Davidis, quod nonnisi per Mariam contingere potuit.* Ajo 2) Matthaeum texere Genealogiam *paternam* Josepho propriam, prout illa verba evincunt: *Jacob* GENUIT *Joseph virum Mariae,* Lucam vero Genealogiam *maternam* Mariae propriam. Est enim haec antiquorum Ecclesiae patrum traditio, & textus graecus videtur id ipsum innuere: *& ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, existens, ut* PUTABATUR, *filius Josephi, Heli &c.* jam vero Heli idem est ac Joachim, Joachim vero Pater Mariae fuit, prout afferunt protoevangelium S. Jacobi, & Evangelium Nativitatis

Mariæ, libri apogryphi quidem, ſed tamen in nominibus propriis ſatis per ſe authentici. Senſus ergo S. Lucæ eſt, quod Jeſus ſit putatitius filius Joſephi, naturalis vero nepos Heli &c. 3) *Neque mirum eſſe poteſt*, cur non loco Joſephi vera mater Maria, Heli filia, ſit poſita. Nam Lucas ſe in hoc conformavit conſuetudini Judæorum, qui genealogias per viros texebant, & ſi filia & unica hæres familiæ Viro alterius familiæ nuptui traderetur, nomen *generi* loco *filiæ ſocero* in ſerie genealogiæ ſubſcribebant. *Porro jubebat* lex, ut filiæ intra ſuas tribus, imo & familias, quoad liceret, matrimonio jungerentur. Atqui fuit Maria in eadem tribu & familia cum Joſepho (teſte S. Irenæo & Auguſtino, aliisque) & fuit filia unica & hæres bonorum patris ſui juxta veterem traditionem (teſte Euſeb. L. I. hiſt. cap. 7. & Hilar. in Matth. I.) 4) *Sic & Salathiel*, verus filius Jechoniæ, dicitur a S. Luca filius Neri, quia unicam Neri filiam matrimonio duxit. 5) Cum porro B. V. Maria deſcendit ex *Davide* per hujus filium natu Majorem *Nathan*, & S. Joſephus deſcendit ex eodem *Davide* per *Salomonem;* ambæ vero familiæ Nathanis & Salomonis rurſus uniuntur in perſona Salathielis, ſicut in perſona Joſephi; *Jeſus Chriſtus* DESCENDIT VERE EX STIRPE DAVIDIS REGIA *& erat hæres throni Davidis jure ſanguinis* (ſicut Mater Maria, & ſponſa Joſephi, fuit filia Davidis), & *hæres jurium, Salomonis per Joſephum.*

c) *Tempus nativitatis* quod attinet, Vulgata vertit Luc. III. v. 2.: *Hæc deſcriptio prima facta eſt a præſide Syriæ Cyrenio.* Græcus vero textus habet: *Hæc deſcriptio prius facta eſt, quam præſes Syriæ eſſet Cyrenius;* ſi quidem vox (πρώτη της Κυρηνιȣ) accipiatur, *priusquam;* atqui ſui re-

 vera

Mariae, libri apogryphi quidem, fed tamen in nominibus propriis fatis per se authentici. Sensus ergo S. Lucae est, quod Jesus sit putatitius filius Josephi, naturalis vero nepos Heli &c. 3) *Neque mirum esse potest*, cur non loco Josephi vera mater Maria, Heli filia, sit posita. Nam Lucas se in hoc conformavit consuetudini Judaeorum, qui genealogias per viros texebant, & si filia & unica haeres familiae Viro alterius familiae nuptui traderetur, nomen *generi* loco *filiae socero* in serie genealogiae subscribebant. *Porro jubebat* lex, ut filiae intra suas tribus, imo & familias, quoad liceret, matrimonio jungerentur. Atqui fuit Maria in eadem tribu & familia cum Josepho (teste S. Irenaeo & Augustino, aliisque) & fuit filia unica & haeres bonorum patris sui juxta veterem traditionem (teste Euseb. L. I. hist. cap. 7. & Hilar. in Matth. I.) 4) *Sic & Salthiel*, verus filius Jechoniae, dicitur a S. Luca filius Neri, quia unicam Neri filiam matrimonio duxit. %) Cum porro B. V. Maria descendit ex *Davide* per hujus filium natu Majorem *Nathan,* & S. Josephus descendit ex eodem *Davide* per *Salomonem;* ambae vero familiae Nathanis & Salomonis rursus uniuntur in persona Salathielis, sicut in persona Josephi; *Jesus Christus* DESCENDIT VERE EX STIRPE DAVIDIS REGIA *& erat haeres throni Davidis jure sanguinis* (sicut Mater Maria, & sponsa Josephi, fuit filia Davidis), & *haeres jurium, Salomonis per Jesephum*.

c) *Tempus nativitatis* quod attinet, Vulgata vertit Luc. III. v. 2: *Haec descripto prima facta est a praeside Syriae Cyrenio*. Graecus vero texus habet: *Haec descripto prius facta est, quam praeses Syriae esset Cyrenius*; si quidem vox (πρωτη της Κυρηνιȣ) accipiatur, *priusquam;* atqui sui re-

vera accipi poteſt, & in eodem ſenſu occurrit Joan. I. 30., XV. 18., Luc. XVII. 25. 2) Fieri potuiſſet, ut Cyrenio bis data fuiſſet ab Auguſto provincia Cenſus inſtituendi, primum præſide Syriæ ordinario ſentio Saturnino ſic, ut munus exigendi cenſus ſpeciali modo ad Cyrenium pertinuiſſet, ſalva in ceteris Saturnini præfectura; altera vice poſt 10. annos, cum Cyrenius ordinaria præfectura functus eſſet. Quo caſu Lucas obſcure, ſed non falſo locutus eſt, in primo nec obſcure nec falſo

d) *De vaticinio Jeremiæ attributo*, veriſimillimum eſt S. Hieronymo, Jeremiæ nomen errore librariorum hoc loco irrepſiſſe. Nam 1) Matthæus alias nunquam exprimit nomina Prophetarum, 2) textus Syriacus, & nonnulli etiam Codices veteres latini teſte S. Auguſtino nomen Jeremiæ non habent. Origeni vero, Tertulliano & Euſebio videbatur certum, illud Vaticinium olim in Jeremia extitiſſe, ſed poſtea intercidiſſe, vel a Judæis eraſum. *Denique* potuit in libro alio Jeremiæ contineri, qui ad manus noſtras omnino non pervenit.

## §. 211.

*Opponunt* 4) *ipſam ſcribendi methodum, ordine rerum & temporum carentem, ſtyli expertem, ſimplicitate moleſtam. Reſp.* equidem in Evangeliis nec invenio elegantium livii, nec rigorem Chronologicum; at *fidem* ſummam, & *conſilium* ſcribendi excelſiſſimum, quod eſt genuinus & ſolus pœne veritatis Character. *Conſilium* eſt, in omnibus verbis & factis exhibere *ideam Salvatoris DEI Hominis.* Atqui ad hanc ideam collimant omnia geſta Jeſu Chriſti a conceptione us-

que

vera accipi potest, & in eodem sensu occurrit Joan. I. 30., XV. 18, Luc. XVII. 25. 2) Fieri potuisset, ut Cyrenio bis data fuisset ab Augusto provincia Census instituendi, primum praeside Syriae ordinario sentio Saturnino sic, ut exigendi census speciali modo ad Cyrenium pertinuisset, slava in ceteris Saturnini praefectura; altera vice post 10. annos cum Cyrenius ordinaria praefectura functus esset. Quo casu Lucas obscure, sed non falso locutus est, in primo nec obscure nec falso

d) *De vaticanio Jeremiae attributo, verisimillimum* est S. Hieronymo, Jeremiae nomen errore librariorum hoc loco irrepsisse. Nam 1) Matthaeus alias nunquam exprimit nomina Prophetarum, 2) textus Syriacus, & nonnulli etiam Codices veteres latini teste S. Augustino nomen Jeremiae non habent. Origeni vero, Tertulliano & Eusebio videbatur certum, illud Vaticinium olim in Jeremia extitisse, sed postea intercidisse, vel a Judaeis erasum. *Denique* potuit in libro alio Jeremiae contineri, qui ad manus nostras omnino non pervenit.

§. 211.

Opponunt 4) ipsam scribendi methodum, ordine rerum & temporum carentem, styline rerum S temporum earentem, styli ep simplicitate molestam. *Resp.* equidem in Evangeliis nes invenio elegantium livii, nec rigorem Chronologicum; at *fidem* fummam, & *consilium* scribendi excelesissimum, quod est genuinus & solus poene veritatis Character. *Consilium* est, in ommibus verbis & factis exhibere *ideam Salvatoris DEI Hominis*. Atqui ad hanc ideam collimant omnia gesta Jesu Christi a conceptione us-

que ad crucem, & inde usque ad Aſcenſionem relata. Chriſtus ubique ſibi ſimilis, *per uniformem expreſſionem* absque omni declamatione verborum repræſentatur. SIMPLICITAS ergo indicium FIDEI, & UNIFORMITAS ſignum CONSILII vere divini.

* Hæc ſimplicitas & uniformitas ipſum Jacq. Rouſſeau permovere, ut Evangelium (Emil. Tom. II. Edit. Amſtel. 1764. p. 102.) ab omni ſuſpicione confictionis, ceu hiſtoriam authenticam Viri homine majoris liberaret; etſi paulo poſt periodico incredulitatis ſuæ morbo correptus iterum fuit.

## ARTICULUS II.

### *Apoſtoli & Evangeliſtæ nec decepere, nec ipſi decepti ſunt.*

### §. 212.

Quoniam hactenus oſtenſum, teſtimonium Apoſtolorum in Eccleſia *receptum* & ad nos *incorruptum* perveniſſe: ſupereſt oſtendere, Apoſtolos nec *decepiſſe* ex malitia, nec *deceptos* eſſe imprudentia. Probandum ergo.

I. Ex invictis rationibus 1) *nec primos Chriſtianos fuiſſe aut tam rudes aut tam credulos, ut decipi ab Apoſtolis potuerint*, 2) nec Apoſtolos *tam impios, ut decipere voluerint*, 3) *nec hos aut tam rudes, aut tam credulos fuiſſe, ut a Chriſto decepti fuerint*, 4) *nec Jeſum Chriſtum tam impium, ut ipſe eis illuderet ſpuriis prodigiis*, 5) *denique nec ipſum Jeſum Chriſtum aut enthuſiaſmo*

que ad crucem, & inde usque ad Ascensionem relata. Christus ubique sibi similis, *per uniformem expressionem* absque amni declamatione verborum repraesentatur. SIMPLICITAS ergo indicium FIDEI, & UNIFORMITAS fignum CONSILII vere divini.

* Haec simplicitas & uniformitas ipsum Jacq. Rousfeau permovere, ut Evangelium (Emil. Tom. II. Edit. Amstel. 1764. p. 102) ab omni suspicione confictionis, ceu historiam authenticam Viri homine majoris liberaret; etsi paulo post periodico incredulitatis suae morbo correptus iterum fuit.

## ARTICULUS II.

### *Apostoli & Evangelistae nec decepere, nec ipsi decepti sunt.*

§. 212.

Quoniam hactenus ostensum, testimonium Apostolorum in Ecclesia *receptum* & ad nos *incorruptum* pervenisse: superest ostendere, Apostolos nec *decepisse* ex malitia, nec *deceptos* esse imrudentia. Probandum ergo.

I. Ex invictis rationibus 1) *nec primos Christianos suisse aut tam rudes aut tam credulos, ut decipi ab Apostolis potuerint,* 2) nec Apostolos *tam impios, ut decipere voluerint,* 3) *nec hos aut tam rudes, aut tam credulos fuisse, ut a Christo decepti fuerint, 4) nec Jesum Christum tam impium, ut ipse eis illuderet spuriis prodigiis,* 5) *denique* nec ipsum Jesum Christum aut enthusias

nique nec ipsum Jesum Christum aut enthusiasma

*aut fraude diabolica involvi potuiſſe.* Ex duobus enim primis Capitibus fit, impoſſibile, Apoſtolos *decepiſſe*, & ex tribus ultimis, ſuiſſe *deceptos.*

II. *His capitibus probatis, prodigia & vaticinia divinam revelationis origenem comprobantia vere contigiſſe, certi erimus.*

## §. 213.

*Primi Chriſtiani nec de credulitatis nec de ruditatis vitio in* recipiendo Apoſtolorum teſtimonio ſuſpecti eſſe poſſunt.

I. Non de credulitate. Nam obſtat 1) Doctrina, quam receperunt, ex æquo & ſpiritui & carni hominis contraria, imperans, ut Judæi religioni veteri pro divina habitæ, gentiles vitiorum licentiæ momento renuncient. 2) Obſtat ratio *perſonarum*, doctrinam prædicantium, qui fuere de plebe viri, rudes, pauperes, a Magiſtratibus judaicis virgis publice cæſi, & nullo externo apparatu vulgi oculos rapientes. 3) Obſtat & *numerus* adversariorum, & *auctoritas*, qui juxta leges ſapientiæ humanæ primos Chriſtianos certe a credulitate in re tam difficili liberaſſent. 4) *Numerus* hanc religionem *recipientium*, omnibus vitiis renunciantium, cum vitæ & bonorum omnium periculo, intra breve tempus, eamque cum ſumma certitudine poſitentium (Tertull. Apologet. cap. 37.), accedente exercitio perpetuo virtutum heroicarum (prout Origenes refert apud Fleurium T. II. L. 7. §. 18.). 5) Obſtat at *numerus Martyrum*, qui ſine ulla lucri ſpe ad ultima ſupplicia ſolum ex cæca credulitate nunquam acceſſiſſent.

II. Non

*aut fraude diabolica involvi potuisse*. Ex duobus enim primis Capitibus fit, impossibile, Apostolos *decepisse,* & ex tribus ultimis, fisse *deceptos.*

II. *His capitibus probatis, prodigia & vaticinia divinam revelationis origenem comprobantia vere contigisse, certi erimus.*

§. 213.

*Primi Christiani nec de credulitatis nec de ruditatis vitio in* recipiendo Apostolorum testimonio suspecti esse possunt.

I. NON DE CREDULITATE. Nam obstat 1) Doctrina, quam receperunt, ex aequo & spiritui & carni hominis contraria, imperans, ut Judaei religioni veteri pro divina habitae, gentiles vitiorum licentiae momento renuncient. 2) Obstat ratio *personarum,* doctrinam praedicantium, qui fuere de plebe viri, rudes, pauperes, a Magistratibus judaicis virgis publice caesi, & nullo externo apparatu vulgi oculos rapientes. 3) Obstat & *numerus* ADVERSARIORUM, & *auctoritas.* qui juxta leges sapientiae humanae primos Christianos certe a credulitate in re tam difficili liberassent. 4) *Numerus* hanc religionem *recipientium,* omnibus vitiis renunciantium, cum vitae & bonorum omnium periculo, intra breve tempus, eamque cum fumma certitudine positentium (Tertull. Apologet. cap. 37.), accedente exercitio perpetuo virtutum heroicarum (prout Origenes refert apud Fleurium T. II. L. 7. § 18.).
5) Obstat at *numerus Martyrum,* qui fine ulla lucri spe ad ultima supplicia solum ex caeca credulitate nunquam accessissent.

II. Non de ruditate. Nam 1) non plebs ſolum Chriſto & Apoſtolis adhæſit, ſedet clariſſima nomina, Nicodemus, Joſephus ab Arimathæa, Gamaliel, Marcus & Lucas (qui duo Apoſtolos tantum audivere, non Chriſtum) Dionyſius Areopagita, Titus, Timothæus, Clemens Romanus, Ignatius Martyr, Polycarpus. *Neque* rudes dicas, qui proxime Apoſtolos ſecuti ſunt, Juſtinum M., Irenæum, Arthenagoram, Tatianum, Bardeſanem, Clementem Alex., Origenem, Tertullianum, qui ſua ætate inter homines ſapientiſſimi, cæcitatem gentilium cum luce Evangelii commutarunt. *Denique* ſi primi Chriſtiani minus lucida ſinceritatis indicia habuere, quam quae ad firmitatem ceu aſſenſus requiruntur, poſteriores certe Chriſtiani majora non habuere, & tamen innumeri etiam acutiſſimi Chriſtianam religionem ſuſceperunt. 2) *Sed neque* magno acumine opus erat ad perſpiciendam integritatem Apoſtolici teſtimonii. Nam cum reſurrectionem Jeſu Chriſti Jeroſolymis primo atteſtarentur Apoſtoli, a) quingenti omnino diſcipuli viſæ reſurrectionis (I. Cor. XV. 6.) *teſtes oculares*, ejusdem adſtipulabantur. b) Nec *ſummi Sacerdotes* ſe opponere audebant, etſi ſpargerent, corpus Chriſti furto ablatum. c) Ex ipſis Judæis præſentibus tunc *innumeri* teſtabantur, ſe aſpexiſſe oculis miracula primaria Jeſu Chriſti, ſe auribus audiviſſe prædictam a Jeſu Chriſto reſurrectionem ſui ipſius. d) Ipſi quoque *Apoſtoli* dicta ſua novis miraculis confirmant. Sic Petrus & Joannes claudum ab utero matris, bene notum omnibus, in præſentia innumerabalis populi uno verbo erigunt. Porro virtute heroica & conſtantia ſuam ſinceritatem palam profitentur omnes Apoſtoli. Atqui ad hæc omnia diſcernenda teſtimonium ſenſus externi

II. NON DE RUDITATE. Nam 1) non ple solum Christo & Apostolis adhaesit, sedet clarissima nomina , Nicodemus, Josephus ab Arimathaea, Gamaliel, Marcus & Lucas (qui duo Apostolos tantum audivere, non Christum) Dionysius Areopagita, Titus, Timothaeus, Clemens Romanus, Ignatius Martyr, Polycarpus. *Neque* rudes dicas, qui proxime Apostolos sucuti sunt, Justinum M., Irenaeum, Arthenagoram, Tatianum, Bardesanem, Clementem Alex., Origenem, Tertulliam, qui sua aetate inter homines sapientissimi, caecitatem gentilium cum luce Evangelii commutarunt. Denique si primi Christiani minus lucida sinceritatis indicia habuere, quam quae ad dirmitatem ceu assensus requiruntur, posteriores certe Christiani majora non habuere, & tamen innumeri etiam acutissimi Christianam religionem susceperunt. 2) Sed neque magno acumine opus erat ad perspiciendam integritatem Apostolici testimonii. Nam cum resur¬rectionem Jesu Christi Jerosolymis primo attesta¬rentur Apostoli, a) quingenti omnino discipuli vitae resurrectionis (I. Cor. XV.6.) *testes oculares*, ejusdem adstipulabantur. b) Nec *summi* Sacredotes se opponere audebant, etsi spargerent, corpus Christi furto ablatum. c) Ex ipsis Judaeis praesentibus tunc innumeri testabantur, se aspexisse oculis MIRACULA primaria Jesu Christi, se auribus audivisse PRAEDICTAM a Jesu Christo resurrectionem sui ipsius. d) Ipsi quoque *Apostoli* dicta sua novis MIRACULIS confirmant. Sic Petrus & Joannes claudum ab utero matris, bene notum omnibus, in praesentia innumerabalis populi uno verbo erigunt. Porro VIRTUTE HEROICA & constantia suam sinceritatem palam profitentur omnes Apostoli. Atqui ad haec omnia discernenda testimonium sunsus externi

ſufficiebat. Certe nulla requiritur ad hoc philoſophia, ut judicemus, vere ne quis claudicet, cæcus, mortuus ſit, nec ne, an vere everſa ſit urbs, nec ne, prout a Chriſto omnes, prædictum noverant, & impletum viderant multi ſuperſtites.

* Nec mirum, tam paucos nobiles paganorum initio converſa fuiſſe relate ad numerum ignobilium, quia ex *parte hominum* talium obſtabat vitii plena dominantio, ex *parte vero DEI* ſtupendum ſapientiæ conſilium, quo mallet per pauperes atque imbecilles, quam per brachium ſeculare principum terrenorum recens converſorum religionem ſuam propagari, ut Digitus DEI manifeſtius in oculos incurreret. De nobilibus Judæis infra reſpondebitur.

## §. 214.

*Nulla fraudis voluntariæ ſuſpicio cadere in Apoſtolos poteſt.* Nam

I. Non voluere decipere. Teſtimonium certe tulere 1) sine omni spe lucri. Chriſtum enim a Judæis crucifixum Judæis annunciantes, (ſicut & gentibus) nonniſi perſecutionem poterant exſpectare, prout Magiſter ipſe illis dudum prædixerat. Dein ſicut ipſi in hac vita (II. Cor. VI. & XI.) nihil niſi ærumnas experiuntur, ita ſuis ſectariis nihil aliud promittunt: *Prævisis ergo malis ultimis, nihilominus pergere in prædicatione ſua cum ſumma conſtantia, & tamen prædicationem ſuam pro fabulis habere, evidens eſt contradictio.* 2) Apoſtoli teſtati ſunt cum summa simplicitate. Nihil enim involvunt, nihil excuſant, nihil exaggerant, nihil probant opero-

sufficiebat. Certe nulla requiritur ad hoc philosophia, ut judicemus, vere ne quis claudicet, caecus, mortus sit, nec ne, an vere eversa sit urbs, nec ne, prout a Christo omnes, praedictum noverant, & impletum viderant muliti superstites.

* Nec mirum, tam paucos nobiles paganorum initio conversa fuisse relate ad numerum ignobilium, quia ex *parte hominum* talium obstabat vitii plena dominatio, ex parte vero DEI stupendum sapientiae consilium, quo mallet per pauperes atque imbecilles, quam per brachium seculare principium terrenorum recens conversorum religionem suam propagari, ut Digitus DEI manifestius in oculos incurreret. De nobilibus Judaeis infra respondebitur.

§. 214.

*Nulla fraudis voluntariae suspicio cadere in Apostolos potest.* Nam

I. NON VOLUERE DECIPERE. Testimonium certe tulere I) SINE OMNI SPE LUCRI. Christum enim a Judaeis crucifixum Judaeis annunciantes, (sicut & gentibus) nonnisi persecutionem poterant exspectare, prout Magister ipse illis dudum praedixerat. Dein sicut ipsi in hac vita (II. Cor. VI. & XI) nihil nisi areumnas experiuntur, ita suis sectariis nihil aliud promittunt. *Praevisis ergo malis ultimis, nihilominus pergere in praedicatione sua cum summa constantia, & tamen praedicationem suam pro fabulis habere, evidens est contradictio.* 2) Apostoli testati sunt cum SUMMA SIMPLICITATE. Nihil enim involvunt

nihil excusant, nihil exaggerant, nihil proba

operoſius, narrant ingenue ſuos defectus proprios, miſerias & opprobria Magiſtri ſui, loquuntur ſine arte, ſine fuco, quin adverſus lectoris difficultatem ſe muniant, quoties tamen de Magiſtro ſermonem faciunt, cum ſumma teneritudine animi loquuntur. 3) Apoſtoli, tam ſimplices, SAPIENTIA SUA, ceu inaudita hactenus philoſophia, ſuperant omnes alios philoſophos, docentes excelſiſſima & *captum rationis* ſuperantia dogmata, & ſimul cum recta ratione maxime *congrua*, quæ obedientes reddunt vere ſapientes, & a flagitiis omnibus immunes. 4) Doctrinæ ſanctitati jungunt SANCTITATEM VITÆ SUÆ, unice ſe ſaluti hominum, &, quod idem eſt, DEI gloriæ ex pura Charitate immolantes (Rom. VIII. 35.). 5) Denique doctrinam Chriſti vitæ ſanctitate comprobatam MORTE ipſa confirmant, & Teſtimonio ore prolato SANGUINE ſuo ſubſcribunt. Jam tanta intentionis puritas, ſimplicitas verborum, ſapientia doctrinæ, ſanctitate vitæ, conſtantia in morte, evidenter pugnant cum IDEA IMPOSTORIS. Ergo primi Chriſtiani nullam fraudem nequidem ſuſpicari, ſed nonniſi veritati cognitæ ſe dedere cum prudenti intellectus aſſenſu & plena voluntatis ſubjectione poterant.

II. *Non potuere decipere.* Nam 1) facta, quae atteſtabantur, erant RECENTIA, PUBLICA, SINGULARIA, 2) teſtimonia vero ſua novis PRODIGIIS ſtupendis inſigniebant. 3) Eadem teſtimonia denique ſe ipſa comprobabant per impleta Jeſu Chriſti VATICINIA de interitu Solymæ, & propagatione religionis Chriſtianæ. Atqui, ſi atteſtatio facti publici & recentis cum miraculis & vaticiniis conjuncta eſt, nulla mendacii & fraudis facultas ſupereſt. Unde nec ipſi religionis novæ hoſtes audebant negare miracula

operosius, narrant ingenue suos defectus proprios, miserias & opprobria Magistri sui, loquuntur sine arte, sine duco, quin adversus lectoris difficultatem se muniant, quoties tamen de Magistro sermonem faciunt, cum summa teneritudine animi laquuntur. 3) Apostoli, tam simplices, SAPIENTIA SUA, ceu inaudita hactenus philosophia, superant omnes alios philosophos, docentes excelsissima & *captum rationis* superantia dogmata, & simul cum recta ratione maxime congrua, quae obedientes reddunt vere sapientes, & a flafitiis omnibus immunes. 4) Doctrinae sanctitati jungunt SANCTITATEM VITAE SUAE, unice se saluti hominum, &, quod idem est, DEI gloriae ex pura Charitate immolantes (Rom. VIII. 35.). 5) Denique doctrinam Christi vitae sanctitate comprovatam MORTE ipsa confirmant, & Testimonio ore prolato SANFUINE suo subscribunt. Jam tanta intentionis puritas, simplicitas verborum, sapientia doctrinae, sanctitate citae, constantia in morte, evidenter pugnant cum IDEA IMnequidem suspicari, sed nonnisi veritati cognitae se dedere cum prudenti intellecuts assensu & plena voluntatis subjectione poterant.

II. *Non potuere decipere*. Nam I) facta, quae attestabantur, erant RECENTIA, PUBLICA, SINGULARIA, 2) testimonia vero sua novis PRODIGIIS stupendis insigniebant. 3) Eadem testimonia denique se ipsa comprobabant per impleta Jesu Christi VATICINIA de ineritu Solymae, & propagatione religionis Christianae. Atqui, si attenstatio facti publici & recentis cum miraculis & vaticiniis conjuncta est, nulla mendacii & fraudis facultas superest. Unde nec ipsi religionis novae hostes audebant negare miracula

M5 Chris-

Chriſti tantopere conteſtata, etſi forte magiæ attribuebant, uti *Julianus* Apoſtata teſte S. Cyrillo in L. I. contra Jul. aliique uti *Celſus*, & *Hierocles*.

* Certitudo huius adſertionis ut clarius menti affulgeat, notandum eſt, certitudinem moralem de ſinceritate teſtium tunc phyſicæ certitudinis gradum attingere, quando in teſtibus uterque adpetitus ad teſtimonium ſumma ſinceritate edendum conſpirat. *Atqui ubi nec motivum ullum nec ulla impoſturæ facultas adeſt, ibi neceſſarius utriusque adpetitus conſenſus per naturales mentis humanæ leges determinatur.*

** Dicant 1) quilibet impoſtor fraudem virtutum ſpecie tegere poteſt. 2) Etiam falſæ religiones ſuos martyres habent. 3) Apoſtoli laborant ſuſpicione corporis Chriſti e ſepulchro ablati. 4) Saltem nonniſi occulte & paucis Chriſtus apparuiſſe legitur. 5) Apoſtoli ſunt teſtes inepti de prodigiis, etſi apti ſint de factis. Sed *reſpodeo* ad 1) nec fraus illa ſe ita tegere poteſt, ut nulla ratione detegi poſſit, nec virtutis ſimulatæ tanta *conſtantia*, nec ipſa ſimulatio ſine *motivo*, nec denique fraus ad *prodigia* primi ordinis ſe extendens dari poteſt. Ad 2) ſi errantes pro errore mortem ſubiere, errarunt in veritate, quin *ſimulationis* accuſentur. Cum ergo Apoſtoli mortui ſunt pro veritatibus ſenſuum teſtimonio jam exploratis, martyrium eorum & *veritatis*, & *ſinceritatis* criterium eſt. Ad 3) nemo probare poteſt, aut meticuloſos diſcipulos, ſpretis vigilibus, tam invidioſum furtum molitos, aut vigiles tam incurios ob ipſam prædictæ reſurrectionis memoriam fuiſſe, aut tam grandem lapidem ſine ſomno vigilum turbato potuiſſe dimoveri. *Dein* cum diſcipuli die Pentecoſtes libere atteſtantur reſurre-

Christi tantopere contestata, esti forte magiae attribuebant, uti *Julianus* Apostata test S. Cyrillo in L. I. contra Jul. aliique uti *Celus,* & Hierocles.

* Certitudo huius adsertionis ut clarius menti assulgeat, notandum est, certitudinem moralem de sinceritate testium tunc physicae certitudinis gradum attingere, quando in testibus uterque adpetitus ad testimonium summa finceritate edendum conspirat. *Atqui ubi nec motivam ullum nec ulla imposturae facultas adest, ibi necessarius utriusque adpetitus consensus per naturales mentis humanae leges determinatur.*

** Dicant 1) quilibet impostor fraudem virtutum specie tegere potest. 2) Etiam falsae religiones suos martyres habent. 3) Apostoli laborant suspicione corporis Christi e sepulchro ablati. 4) Saltem nonnisi occulte & paucis Christus apparuisse legitur. 5) Apostoli sunt testes inepti de prodigiis, etsi apti sint de factis. Sed *respodeo* ad I) nec fraus illa se ita tegere potest, ut nulla ratione detegi possit, nec virtutis simulatae tanta constantia, nec ipsa simulatio sine *motivo,* nec denique fraus ad *prodigia* primi ordinis se extendens dari potest. Ad 2) si errantes pro errore mortem subiere, errarunt in veritate, quin *simulationis* accusentur. Cum ergo Apostoli mortui sunt pro veritatibus sensuum testimonio jam exploratis, martyrinm eorum & *veritatis,* & *sinceritatis* criterium est. Ad 3) nemo probare potest, aut meticulosos disicipulos, spretis vigilibus, tam invidiosum furtum molitos, aut vigiles tam incurios ob ipsam praedictae resurrectionis memoriam fuisse, aut tam grandem lapidem sine somno vigilum turbato potuisse dimoveri. Dein cum discipuli die Pentecostes libere attestantur re-

surre-

ſurrectionem Magiſtri, & propterea comprehenduntur armata manu, ne quidem mentio de tali furto fit, nec milites teſtes adducuntur, nec magiſtratus ipſi miraculorum magnitudine conſternati audent talem impoſturam illis objicere. Hæc agendi ratio ſane Judæos probat reos magis quam diſcipulos, qui hujus ipſius calumniæ relationem (Matth. ult.) ſcripto edunt, quin aut Judæi quid opponant, aut illi fidei ſuæ timeant. Ad 4) Chriſtus *viſus eſt* 500 *fratribus* I. Cor. XV. 16. id quod ſufficiebat. Nam obſtinati Phariſæi, qui ſimplice vigilum teſtimonio de terræ motu & reſurrectione ad fraudem abuſi ſunt, ſane ipſa Chriſti glorioſi præſentia ſe indignos reddidere, cui æquæ parum credidiſſent, ac viventi adhuc. Ad 5) Apoſtoli *ſenſuum naturali uſu* poterant diſcernere, utrum Chriſtus vere *mortuus*, & poſtea, utrum idem corpus *reſurrexerit*, palpando, videndo, audiendo &c. *ergo teſtes aptiſſimi de reſurrectione*, ſicut *de alio quovis facto*, erant.

## §. 215.

Ex his dictis manifeſtum eſt I. *Apoſtolos & diſcipulos vere credidiſſe, quæ ſincere teſtati ſunt de Chriſto.* Sinceritas enim teſtimonii ſupponit aſſenſum fidei.

II. *Nec ipſi Apoſtoli poſſunt eſſe ſuſpecti vel de ruditate vel de credulitate in recipienda Chriſti doctrina.* Eadem enim argumenta pugnant pro Apoſtolis, quæ pro primis Chriſtianis (§. 113.). *Adde* peculiarem convictionem Apoſtolorum, quæ in illis, ſimilia cum Chriſto prodigia patrantibus, deceptionem impoſſibilem reddidit. Cum enim ſenſu intimo ſcirent, utrum ipſi vera an falſa patra-

surrectionem Magistri, & propterea comprehenduntur armata manu, ne quidem mentio de tali furto fit, nec milites testes adducuntur, nec magistratus ipsi miraculorum magnitudine consternati audent talem imposturam illis objicere. Haec agendi ratio sane Judaeos probat reos magis quam disicipulos, qui hujus ipsius calumniae relationem (Matth. ult.) scripto edunt, quin aut Judaei quid opponant, aut illi fidei suae timeant. Ad 4) Christus *visus est* 500 *frateribus* I. Cor. XV. 16. id quod sufficiebat. Nam obstinati Pharisaei, qui simplice vigilum testimonio de terrae motu & resurrectione ad fraudem abusi sunt, sane ipsa Christi gloriosi praesentia se indignos reddidere, cui aequae parum credidissent, ac viventi adhuc. Ad 5) Apostoli *sensuum naturali usu* poterant discernere, utrum Christus vere *mortuus,* & postea, utrum idem corpus *resurrexerit,* palpando, videndo, audiendo &c. *ergo testes aptissimi de resurrectione*, sicut *de alio quovis facto*, erant.

§. 215.

Ex his dictis manifestum est I. *Apostolos & discipulos vere credidisse, quae sincere testati sunt de Christo.* Sinceritas enim testimonii supponit assunsum fidei.

II. *Nec ipsi Apostoli possunt esse suspecti vel de ruditate vel de credulitate in recipienda Christi doctrina*. Eadem enim argumenta pugnant pro Apostolis, quae pro primis Christianis (§. 113.). *Adde* peculiarem convictionem Apostolorum, quae in illis, similia cum Christo prodigia patrantibus, deceptionem impostibilem reddidit. Cum enim sensu intimo scirent, utrum ipsi vera an falsa

patra-

patrarent miracula, idem de miraculis Jeſu Chriſti intelligebant.

* Ut Corollarii hujus evidentia plene innoteſcat, adverte 1) Apoſtolos *prædictiones* Chriſti *auribus* hauſiſſe, *vulgaſſe* inter Judæos, litteris *conſignaſſe*, *eventum* in plerisque reſpondentem in vivis adhuc conſpexiſſe, 2) *miracula*, ipſis petentibus ſæpe & ſemper fere aſpicientibus, eſſe patrata, factorum in Evangelio narratorum ipſos fuiſſe non *teſtes* ſolum oculares, ſed ſæpe & *inſtrumenta*. 3) Audiiſſe, hæc ipſa prodigia in ſignum *Miſſionis ſuæ* a Magiſtro allegata, uti Joann. X. 37. & 24. 4) Et ſibi ipſis *virtutem patrandi miracula* ad oſtendendam *teſtimonii ſui* de Chriſti divinitate authentiam eſſe collatam Marc. ult. 17.

III. *Multo minus in Jeſum Chriſtum cadere poteſt ſuſpicio fraudis ſeu datæ ſeu acceptæ.* Nec enim I. DECIPERE VOLUIT. Docuit enim, & mortuus eſt absque ſpe commodi, cum ſumma ſimplicitate in delectu conditionis, victus, veſtitus, ſociorum; altiſſima *ſapientia*, *ſanctitate*, & *conſtantia* conſpicuus. Quodſi hæc voluntatem diſcipulorum a fraude data liberant, id eminenter evincunt de Magiſtro, inquo ſumma fuere. Accedit *conſilium univerſale*, novam religionem judaicæ, & idololatriæ ſubſtituendi, per media aptiſſima, uti facta legibus naturæ altiora &c. II. Nec *decipere potuit.* Edidit enim prodigia innumera, primi ordinis, publica, in conſpectu doctorum, & indoctorum, inſignum ſuæ Miſſionis. Adde *vaticinia* de rebus futuris liberis maxime præciſa. Atqui nec fraus prodigiis & vaticiniis genuinis confirmari, nec genuina prodigia ac vaticinia alium autorem quam Deum veraciſſimum

habere

patrarent miracula, idem de miraculis Jesu Christi intelligebant.

* Ut Corollarii hujus evidentia plene innotescat, adverte I) Apostolos *praedictiones* Christi *auribus* hausisse, *vulgasse* inter Judaeos, litteris *consignasse, eventum* in plerisque respondentem in vivis adhuc conspexisse, 2) miracula, ipsis petentibus saepe & semper fere aspicientibus, esse, patrata, factorum in Evangelio narratorum ipsos fuisse non *testes* solum oculares, sed saepe & *instrumenta.* 3) Audiisse, haec ipsa prodigia in signum *Missionis suae* a Magistro allegata, uti Joann. X. 37 & 24.
4) Et sibi ipsis *virtutem patrandi miracula* ad ostendendam *testimonii sui* de Christi divinitate authentiam esse collatam Marc. ult. 17.

III. *Multo minus in Jesum Christum cadere potest suspicio fraudis seu datae seu acceptae*. Nec enim I. DECIPERE VOLUIT. Docuit enim, & mortuus est absque spe commodi, cum summa simplicitate in delectu conditionis, victus, vestitus, sociorum; altissima *sapientia, sanctitate*, & *constantia* conspicuus. Quodsi haec voluntatem dificipulorum a fraude data liberant, id eminenter evincunt de Magistro, inquo summa fuere. Accedit *consilium universale*, novam religionem judaicae, & idololatriae substituendi, per media aptissima, uti facta legibus naturae altiora &c.
II. Nec *decipere potuit*. Edidit enim prodigia innumera, primi ordinis, publica, in conspectu doctorum, & indoctorum, insignum suae Missionis. Adde *vaticinia* de rebus futuris lberis maxime praecisa. Atqui nec fraus prodigiis & vaticiniis genuinis confirmari, nec genuina prodigia ac vaticinia alium autorem quam Deum veracissimum

habere poſſunt. III. Nec *ipſe deceptus eſt;* NON LUDIBRIO PHANTASIÆ, NON HUMANO ARTIFICIO, nec DIABOLICIS PRÆSTIGIIS. Vel enim ſolum deceptus fuiſſet IN DOCTRINA; ergo nec prodigiis ſtatim ſubſecutis doctrina falſa fuiſſet confirmata: vel etiam IN PRODIGIIS; ergo ob phantaſiæ ludibrium nec cæci ſtatim vidiſſent, nec claudi ambulaſſent &c.: a Deo vero fraus humana aut diabolica cum ſeductione gentis integræ non potuit permitti in negotio ſalutis circa fundamenta novæ religionis, extra quam nulla ſalus eſſet.

§. 216.

*Opponunt I.* Notam Judæorum ſimplicium credulitatem & *ſuperſtitionem* in ſuſcipienda, & *prudentiam* principum, & litteratorum ex Judæorum gente in rejicienda religione Chriſti, uti & gentilium, Romanorum præcipue, *averſionem.* AT ſane ſuperſtitionis hac in re accuſari non poteſt gens hebræa, in adorando unico Deo educata, & ad veritatem recipiendam conſtanti vaticiniorum & prodigiorum memoria continuo diſpoſita, ac ſingulari DEI providentia præparata. Contra hæc ipſa ratio gentilium averſionem aptiſſime explicat; quippe qui in vano DEORUM cultu & ſcelerum abundantia nutriti, lucem veritatis ſceleribus ſuis contrariæ aſpicere æquo animo nequibant. *Principes* Judæi bonorum terrenorum poſſeſſione, *litterati* falſa ſapientiæ opinione inflati dedecori ſibi fore putabant. DEUM agnoſcere, quem ſua malitia crucifixum novere; indignum eſſe rati, ſuam injuſtitiam fateri ſincera & publica pœnitentia. *Mirum ergo non eſt, tempore & patientia opus fuiſſe at propagationem religionis contractis in vitæ licentia habitibus ex profeſſo inimicæ.*

§. 217. *Op-*

habere possunt. III. Nec *ipse deceptus est*; NON LUDIBRIO PHANTASIAE, NON HUMANO ARTIFICIO, nec DIABOLICIS PRAESTIGIIS. Vel enim solum deceptus fuisset IN DOCTRINA; ergo nec prodigiis statim subsecutis doctrina falsa fuisset confirmata: vel etiam IN PRODIGIIS; ergo ob phantasiae ludibrium nec caeci statim vidissent, nec claudi ambulassent &c.: a Deo vero fraus humana aut diabolica cum seductione gentis integrae non potuit permitti in negotio salutis circa fundamenta novae religionis, extra quam nulla salus esset.

§. 216.

Opponunt I. Notam Judaeorum simplicium credulitatem & *supersistionem* in suscipienda, & prudentiam principum, & litteratorum ex Judaeorum gente in rejicienda religione Christi, uti & gentilium, Romanorum praecipue, *aversionem.*
AT sane superstitionis hac in re accusari non potest gens hebraea, in adorando unico Deo educata, & ad veritatem recipiendam constanti vaticiniorum & prodigiorum memoria continuo disposita, ac singulari DEI providentia praeparata. Contra haec ipsa ratio gentilium aversionem aptissime explicat; quippe qui in vano DEORUM cultu & scelerum abundantia nutriti, lucem veritatis sceleribus suis contrariae aspicere aequo animo nequibant. *Principes* Judaei bonorum terrenorum possessione, *litterati* falsa sapientiae opinione inflati dedecori sibi fore putabant. DEUM agnoscere, quem sua malitia crucifixum novere; indignum esse rati, suam injustitiam fateri sincera & publica poenitentia. *Mirum ergo non est, tempore & patientia opus fuisse at propagationem religionis contractis in vitae licentia habitibus ex professo inimicae.*

§. 217.

*Opponunt II.* SILENTIUM ex una parte ſcriptorum profanorum, *Philonis* & *Joſephi*, qui inter Judæos celeberrimi & Chriſto & ejus diſcipulis coevi fuere, ex altera vero parte ADVERSANTIA teſtimonia *Taciti*, *Plinii*, *Suetonii*, qui religionem Chriſtianam ſuperſtitionem vocant. RESP. I. ſi *teſtes* cetera nec de ruditate nec de credulitate nec de malitia ſuſpecti, iis, quæ calamo referunt, ſanguine ſubſcribant, aliorum ſilentium nihil probat. *Philo* certe fere nihil ſcripſit niſi ad antiqua tempora ſpectans; ergo niſi a religione Chriſtiana animo alienior fuerit, non eſt, cur de ea ſcripſerit. *Joſephus Judæus*, qui ex profeſſo res ſub ætate Chriſti geſtas ſcripſit, mirum eſſet, ſi de Chriſto Jeſu omnino tacuiſſet. At verba lib. XVIII. 4. occurrentia, „*fuit autem* „*eisdem temporibus Jeſus*, *ſapiens Vir*, *ſi tamen* „*virum eum nominare fas eſt.* Erat *enim mirabi*„*lium operum effector*, *& doctor hominum eorum*, „*qui libenter*, *quæ vera ſunt*, *audiunt. Et multos* „*quidem Judæorum*, *multos etiam ex gentibus ſibi* „*adjunxit. Chriſtus hic erat; quem accuſatum a* „*gentis noſtræ* principibus, *Pilatus cum addixiſſet* „*cruci*, *nihilominus eum deſtiterunt diligere*, *qui ab* „*initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die vi*„*vus*, ita, ut *divinitus de eo vates hoc*, & *alia* „*multa miranda prædixerunt:* & *usque in hodier*„*num Chriſtianorum genus ab hoc denominatum non* „*deficit*„: revera verba Joſephi ſunt, non a Chriſtianis poſt modum falſo inſerta, uti adverſarii pro certo ſupponunt. Nam 1) ante ſeculum 16. nemo ne quidem ſuſpicatus quid eſt de fraude interpolationis, & iis ipſis, qui fidem hujus loci elevare conabantur, ſtatim contradicere viri in critica ſummi, ut Picus Mirandula, Sixtus

Senen-

§. 217.

Opponunt II. SILENTIUM ex una parte scriptorum profanorum, *Philonis* & *Josephi,* qui inter Judaeos celeberrimi & Christo & ejus discipulis coevi fuere, ex altera vero parte ADVERSANTIA testimonia *Taciti, Plinii, Suetonii*, qui religionem Christianam superstitionem vocant. RESP. I. si *testes* cetera nec de ruditate nec de credulitate nec de malitia suspecti, iis, quae calamo referunt, sanguine subscribant, aliorum silentium nihil probat. Philo certe fere nihil scripsit nisi ad antiqua tempora spectans; ergo nisi a religione Christiana animo alienior fuerit, non est, cur de ea scripferit. *Josephus Judaeus*, qui ex professo res sub aetate Christi gestas scripsit, mirum esset, si de Christo Jesu omnino tacuisset. At verba lib. XVIII. 4. occurrentia, „*fuit autem* „*eisdem temporibus Jesus, sapiens Vir, si tamen* „*virum eum nominare fas est.* Erat *enim mirabi-* „*lium operum essector, & doctor hominum eorum,* ,,*qui libenter, quae vera sunt, audiunt. Et multos* „*quidem Judaeorium, multos etiam ex gentibus sibi* ,,*adjunxit. Christus hic erat; quem accusatum a* „*gentis nostrae* principibus. *Pilatus cum addixisset* „*cruci, nihilominus eum destiterunt diligere, qui ab* ,,*initio caeperant. Apparuit enim eis tertia die vi¬* „*vus,* ita, ut *divinitus de eo vates hoc, & alia* „*multa miranda praedixerunt: & usque in hodier-* „*num Christianorum genus ab hoc denominatum non* „*deficit* ,,: revera verba Josephi sunt, non a Christianis post modum falso inserta, uti adversarii pro certo supponunt. Nam I) ante seculum 16. nemo ne quidem suspicatus quid est de fraude interpolationis, & iis ipsis, qui fidem hujus loci elevare conabantur, statim contradicere viri in critica summi, ut Picus Mirandula, Sixtus

Senenſis, Bellarminus, Poſſevinus, Huetius, Voſſius, Uſſerius, aliique innumeri. 2) Hi omnes nituntur PRINCIPE CRITICIS REGULA, h. e., auctoritate & fide manuſcriptorum omnium antiquiſſimorum tam græcorum, quam latinorum, quin vel unum antiquius a ceteris diſſentire oſtenſum ſit. 3) *Neque* in Chriſtianos ſeculi tertii, neque in *Euſebium*, prout volunt adverſarii, fraudis ſuſpicio cadere poteſt. Nam libri Joſephi erant tunc Judæis, gentilibus, & Chriſtianis apprime noti. Neque Chriſtianis LIBER ACCESSUS ad omnia exemplaria, neque ULLUM MOTIVUM illa corrumpendi ſuppetebat; teſtimonio enim Judæi cujusdam opus non habet factum per ſe jam ſatis conteſtatum, præſertim cum nomine Chriſti ſimilia prodigia, ceu totidem quotidiana: & teſtimonio humano altiora Chriſtianæ veritatis teſtimonia, tunc quoque edebantur. Multo minus EUSEBIUS, Vir, qui in rejiciendis apocryphis ſcriptis aſſidue ſumma Criſi verſatus eſt, aut veritatem Evangelicæ demonſtrationis tam tenui argumento confirmare, aut famam & opinionem ſuæ ſinceritatis ſine ratione tanto impoſturæ periculo exponere neceſſe habuit. 4) IPSÆ DENIQUE objectiones adverſariorum omni probabilitate carent. Sic a) dicunt, videri Joſephum illo loco Jeſum ceu verum Meſſiam agnoſcere per verba „*Vir ſapiens, ſi tamen virum nominare eum fas* eſt; item *Chriſtus* hic erat„: & tamen l. VI. cap. 31. de bello judaico ea, quæ prophetæ de Meſſia prædixerunt, Veſpaſiano accommodat. Sed præcipitata eſt hæc concluſio: *Joſephus veritati non credidit; ergo veritatem occultavit.* Nam cum gentis ſuæ ruinam vi prophetiæ Danielis per Romanos eveniſſe, ipſe cognovit; ſane vir in prophetiis legendis verſatiſſimus, ſaltem non potuit non dubitare, utrum, pœna

ſecuta,

Senensis, Bellarminus, Possevinus, Huetius, Vossius, Usserius, aliique innumeri. 2) Hi omnes nituntur PRINCIPE CRITICIS REQULA, h. e., auctoritate & fide manuscriptorum ominum antiquissimorum tam graecorum, quam latinorum, quin vel unum antiquius a ceteris dissenti¬re ostensum sit. 3) *Neque* in Christianos sculi tertii, neque in *Eusebium,* prout volunt adversarii, fraudis suspicio cadere potest. Nam libri Josephi erant tunc Judaeis, gentilibus, & Christianis apprime noti. Neque Christianis LIBER ACCESSUS ad omnia exemplaria, neque ULLUM MOTIVUM illa corrumpendi suppetebat; testimonio enim Judaei cujusdam opus non habet factum per se jam satis contestatum, praefertim cum nomine Christi similia prodigia, ceu totidem quotidiana: testimonio humano altiora Christianae veritatis testimonia, tunc quoque edebantur. Multo minus EUSEBIUS, Vir, qui in rejiciendis apocryphis scriptis assidue summa Crisi versatus est, aut veritatem Evangelicae demonstrationis tam tenui argumento confirmare, aut famam & opinionem suae sinceritatis sine ratione tanto imposturae periculo exponere necesse habuit. 4) IPSAE DENIQUE objectiones adversariorum omni probabilitate carent. Sic a) dicunt, videri Josephum illo loco Jesum ceu verum Messiam agnoscere per verba „*Vir sapiens, si tamen virum no-*
„ *minare eum fas* est; item Christus hic erat „: & tamen 1. VI. cap. 31. de bello judaico ea, quae prophetae de Messia praedixerunt, Vespasiano accommodat. Sed praecipitata est haec conclusio: *Josephus veritati non credidit; ergo veritatem occultavit.* Nam cum gentis suae ruinam vi prophetiae Danielis per Romanos evenisse, ipse cognovit; sane vir in prophetiis legendis versatissimus, saltem non potuit non dubitare, utrum, paena

ſecuta, non etiam culpa jam præceſſerit, quam Judæi in occidendo Chriſto, prout idem Daniel prædixit, contraxiſſent. DEIN cum ipſum librum hunc dedicavit Epaphrodito Chriſtiano, & jam ſub præſidio Romanorum ſecurus a ſuis popularibus viveret, veriſimillime ſic ſcribere debuit, prout ſcriptum legimus. DEINDE Joſephus idem Antiq. XX. 8. vocat Jacobum *fratrem Jeſu, qui dicitur Chriſtus*. Potuit ergo etiam verba illa, *Chriſtus hic erat*, intelligere, *Chriſtus hic credebatur*, ſalva expreſſione græca, & toto contextu. Ajunt b) porro, *teſtimonium illud ſine nexu inſertum*. SED neque ſi tollas iſta verba, major erit nexus; narrat ſane quæ Pilato præſide memorabilia contigerant. Etſi ergo non datur *nexus rerum*, datur tamen *nexus temporis*, quem unice annales ſectantur. c) *Ignoraſſe*, addunt, *primos Patres Chriſtianos hunc* locum. Photius maxime, qui ſcripta Joſephi omnia recenſet, de hoc loco tacet. VERUM cum cauſſæ tacendi centum, loquendi vix una ſæpe: hoc ſolum probat, Patres primos *non indiguiſſe* hoc teſtimonio, præſertim cum contra GENTILES agerent, apud quos Joſephi nulla auctoritas fuiſſet: agentes contra JUDÆOS vero maxime *oracula prophetiarum* allegant. *Photius* codice CCXXXVIII. idem de Chriſto loquitur, quod Joſephus, etſi Joſephi nomen taceat; prout & de Jacobo refert, quæ a ſolo Joſepho hauſit, ſine mentione Joſephi II. *contraria* paganorum teſtimonia quod attinet, ſufficit, illa edita fuiſſe eo tempore, quo ſecundum publicam Domitiani legem religionis Chriſtianæ profeſſio PRO CRIMINE MAJESTATIS habebatur. Ergo linquam aulæ & curiæ loquebantur. Sed

§. 218. *Edi-*

secuta, non etiam culpa jam praecesserit, quam Judaei in occidendo Christo, prout idem Daniel praedixit, contraxissent. DEIN cum ipsum librum hunc dedicavit Epaphrodito Christiano, & jam sub praesidio Romanorum securus a suis popularibus viveret, verisimillime sic scribere debuit, prout sriptum legimus. DEINDE Josephus idem Antiq. XX. 8. vocat Jacobum *fratrem Jesu, qui dicitus Christus*. Potuit ergo etiam verba illa, Christus hic erat, intelligere, Christus hic credebatur, salva expressione graeca, & toto contextu. Ahunt b) porro, *testimonium illud sine nexu insertum*. SED neque si tallas ista verba, major erit nexus; narrat sane quae Pilato praeside memorabilia contigerant. Esti ergo non da¬tur *nexus rerum*, datur tamen *nexus temporis*, quem unice annales sectantur. c) Ignorasse, addunt, *primos Patres Christianos hunc* locum. Photius maxime, qui scripta Josephi omnia recenset, de hoc loco tacet. VERUM cum caussae tacendi centum. loquendi vix uns saepe: hoc solum pro¬bat, Patres primos *non indiguisse* hoc testimonio, praesertim cum contra GENTILES agerent, apud quos Josephi nulla auctoritas suisset: agentes contra JUDAEOS vero maxime *oracula prophetiarum* allegant. Photius codice CCXXXVlII. idem de Christo loquitur, quod Josephus, etsi Josephi nomen taceat; prout & de Jacob refert, quae a solo Josepho hausit, sine mentione Josepi II. *contraria* paganorum testimonia quod attinet, sufficit, illa edita suisse eo tempore, quo secundum publicam Domitiani legem religionis Christianae prfessio PRO CRIMINE MAJESTATIS habebatur. Ergo linquam aulae & curiae loquebantur. Sed

## §. 218.

*Edidere ipſi religionis inimici publica de Jeſu Chriſti miraculis teſtimonia.* Huc pertinent. I. *Acta Pilati* ad Tiberium miſſa, ad quæ ceu publica actorum Chriſti monumenta provocant S. Juſtinus M., & Tertullianus, etſi in manus Chriſtianorum forte nunquam pervenerint. II. Celsus Epicureus in diſcurſu de veritate an. 125. edito miracula Chriſti minime inficiatur, ſed ea arti magicæ tribuit. III. *Phlegon* Hadriani Imp. libertus de Vaticiniis Chriſti accurate impletis, uti & de ſolis eclipſi in plenilunio teſtatur. IV. *Campridius* ethnicus teſtatur Severum Imp. voluiſſe Chriſto templum condere, & inter DEOS eum referre, niſi ſacra conſulentes prædixiſſent, omnes ſacra Chriſtiana ſecuturos eſſe. V. *Hierocles* an. 303. non negat miracula Chriſti; ſed Deorum favoribus tribuit. VI. *Porphyrius & Julianus apoſtata* nec miracula Chriſti, nec illa Petri & Pauli negabant, ſed magiæ adſcribebant. VII. Ipſi denique *Judæi* in Thalmudicis ſuis ſcriptis ſatentur (P. IV. lib. VI. a Cod. Elim. cap. 1.) miracula Chriſti, atque ex eis putidam fabulam de nomine Jehova &c. templo per Chriſtum ſurtim ſublato, repetunt.

## §. 219.

Invertunt ergo arma, negantes, *ullum miraculis, ceu operationi divinæ, ſufficiens eſſe teſtimonium humanum.* Nam 1) ſi Deus ita ſe demittat, ut mihi loqui velit, tunc æque facile mihi immediate ſine teſtibus intermediis loquetur. 2) Teſtimonium humanum nonniſi humana facta atteſtari poteſt, non item facta DEI, quæ ut credantur, auctoritate DEI indigent. 3) Atteſtatio

§. 218.

*Edidere ipsi religionis inimici publica de Jesu Christi miraculis testimonia*. Huc pertinent. I. Acta Pilati ad Tiberium missa, ad quae ceu publica actorum Christi monumenta provocant S. Justinus M. & Tertullianus, etsi in manus Chriltianorum forte nunquam pervenerint. II. CELSUS Epicureus in discursu de veritate an. 125. edito miracula Christi minime insiciatur, sed ea arti magicae tribuit. III. *Phlegon* Hadriani Imp. libertus de Vaticiniis Christi accurate impletis, uti de solis eclipsi in plenilunio testatur. IV. *Campridius* ethnicus testatur Severum Imp. voluisse Christo templum condere, & inter DEOS eum referre, nisi sacra consulentes praedixissent, omnes sacra Christiana secuturos esse. V. *Hierocles* an. 303. non negat miracula Christi; sed Deorum favoribus tribuit. VI. *Porphyrius & Julianus apostata* nec miacula Christi, nec illa Petri & Pauli negabant, sed magiae adscribebant. VII. Ipsi denique *Judaei* in Thalmudicis suis scriptis fatentur (P. IV. lib. VI. a Cod. Elim. cap. I.) miracula Christi, atque ex eis putidam fabulam de nomine Jehova &c. templo per Christum furtim sublato, repetunt.

§.219.

lNVERTUNT ergo arma, negantes, *ullum miraculis, ceu operationi divinae, sufficiens esse testimonium humanum*. Nam I) si Deus ita se demittat, ut mihi loqui velit, tunc aeque facile mihi immediate sine testibus intermediis loquetur. 2) Testimonium humanum nonnisi humana facta attestari potest, non item facta DEI, quae ut credantur, auctoritate DEI indigent. 3) Attestatio

de prodigiis eo fit incertior, quo per plures teſtes intermedios tranſit. 4) Etiam prodigia ſpuria v. g. Diaconi Paris, Vampiriorum, ſatis conteſtata ſunt. 5) Etiamſi nobis Europæis ſufficerent humana de Chriſti divinitate teſtimonia, tamen non ſufficerent alterius hemisphœrii incolis. Atqui Chriſtus ſua dogmata voluit eſſe toti mundo communia. *Reſp.* ad 1) nullus philoſophus Deo leges præſcribere poteſt, quo minus per *nuntios* loqui velit; auctoritas enim DEI ſeu immediata ſeu mediata æque ratio ſufficiens pleni aſſenſus cuivis eſſe debet. Hoc ergo unicum quæri poteſt, utrum nuntios ſufficiente legationis ſuæ Charactere inſignierit. Sane ſine neceſſitate nec Deus quotidie miracula ſua multiplicat, nec, ſi multiplicaret, tam facile leges naturæ ab ipſis miraculis diſcerni poſſent. Ad 2) ſenſus humani ſunt criterium de exiſtentia omnium ſenſibilium, in organa agentium. Ergo & prodigiorum, ceu factorum DEI ſenſibilium. Neque opus eſt facta CREDERE. *Ea facta* enim talia eſſe, quæ Deum auctorem habent, ex natura factorum per ſe conſequitur. Factorum denique indole perſpecta CREDIMUS DOGMA per facta conteſtatum, non propter facta, ſed propter veracitatem DEI aliunde perſpectam. *Neque* ad conteſtandum miraculum plures teſtes requiruntur, quam ad aliud factum ſenſibile. Certitudo enim phyſica æque omni teſtimonio ſenſuum convenit. Ad 3) ſicut atteſtationis fides minuitur per ſeriem teſtium diſſentientium, ita conſtanti ſucceſſione teſtium conſentientium roboratur. Atqui hic perpetuus teſtium conſenſus per primitivas Eccleſias teſtimonio maxime authentico ad nos usque transmiſſus eſt. Jam vero de teſtimonio Apoſtolorum non ſolum nulla fraudis *conteſtatio* oſtendi poteſt, ſed nec ipſa *poſſibilitas*.

Ad

de prodigiis eo fit incertior, quo per plures testes intermedios transit. 4) Etiam prodigia spuria v. g. Diaconi Paris, Vampiriorum, satis contastata sunt. 5) Etiamsi nobis Europaeis sufficerent humana de Christi divinitate testimonia, tamen non sufficerent alterius hemisphoerii incolis. Atqui Christus sua dogmata voluit esse mundo communia. *Resp.* ad I) nullus philosophus Deo leges praescribere potest, quo minus per *nuntios* loqui velit; auctoritas enim DEI seu immediata seu mediata aeque ratio sufficiens pleni assensus cuivis esse debet. Hoc ergo unicum quaeri potest, utrum nuntios sufficiente legatio¬nis suae Charactere insifnierit. Sane sine necessitate nec Deus quotidie miracula sua multiplicat, nec, si multiplicaret, tam facile leges naturae ab ipsis miraculis discerni possent. Ad 2) sensus humani sunt criterium de existentia omnium sensibilium, in organa agentium. Ergo & prodigiorum, ceu factorum DEI sensibilium. Neque opus est facta CREDERE. *Ea facta* enim talia esse, quae Deum auctorem habent, ex natura factorum per se consequitur. Factorum denique indole perspecta CREDIMUS DOGMA per facta contestatum, non propter facta, sed propter veracitatem DEI aliunde persectam. *Neque* ad contestandum miraculum plures testes requiruntur, quam ad aliud factum sensibile. Certitudo enim physica aeque omni testimonio sensuum convenit. Ad 3) sicut attestationis fides minuitur per seriem testium dissentientium, ita constanti successione testium consentientium robaratur. Atqui hic perpetuus testium consensus per primitivas Ecclesias testimonio maxime authentico ad nos usque transmissus est. Jam vero de testimonio Apostolorum non solum nulla fraudis contestatio ostendi potest, sed nec ipsa *possibilitas.*

Ad 4) *Pariſii miracula* impoſturæ Janſeniſtarum, ſomnia Vampiriorum deliriis adſcribenda norunt omnes. Ergo ſive conteſtata ſunt, ſive non ſunt, impoſtura & deliria ſemper atque conteſtata ſunt. Ad 5) *Barbarus quivis ex Canada* æque difficile capiet demonſtrationes metaphyſicas religionis naturalis, ac dogmata Chriſtiana. Ceterum ſi reflexione ſuper ſpectaculis naturæ convictus ſemel eſt de exiſtentia DEI, ſi fiducia de illius bonitate imbutus eſt, ſi Miſſionarius beneficiis quotidianis & virtutibus heroicis animi ſui ſinceritatem ſatis oſtendat, tandem talis barbarus ad certitudinem reſpectivam de revelatione adduci poterit. Id quod & prudentiæ eſt, & ad uberiores DEI gratias recipiendas ſufficit.

* Hic jam locus eſſet, inſtar corollarii aſſerere, religionis Chriſtianæ exiſtentiam moraliter certam eſſe, cum miraculorum quoque & prophetiarum exiſtentia ita ſit certa moraliter; ut utraque hæc certitudo phyſicæ æquivaleat. *Sed ordo adcuratior ſuadet, conteſtationem religionis Moſaicæ præmittere.* Itaque.

Ad 4) Parisii miracula imposturae Jansenistarum, somnia Vampiriorum deliriis adscribenda norunt omnes. Ergo sine contestata sunt, sine non sunt, impostura & deliria semper atque contestata sunt. Ad 5) *Barbarus quivis ex Canada* aeque difficile capiet demonstrationes metaphysicas religionis naturalis, ac dogmata Christiana. Ceterum si reflexione super spectaculis naturae convictus semel est de existentia DEI. si siducia de illius bonitate imbutus est, si Missionarius benesiciis quotidianis & virtutibus heroicis animi sui sinceritatem satis ostendat, tandem talis barbarus ad certitudinem respectivam de revelatione adduci poterit. Id quod & prudentiae est, & ad uberiores DEI gratias recipiendas sufficit.

* Hic jam locus esset, instar corollarii asserere, religionis Christianae existentiam moraliter certam esse, cum miraculorum quoque & prophetiarum existentia ita fit certa moraliter; ut utraque haec certitudo physicae aequivaleat. *Sed ordo adcuratior suadet, contestationem religionis Mosaice praemittere*. Itaque.

# CAPUT VIII.

## SCRIPTURÆ IN CANONE HEBRAICO CONTENTÆ SUNT GENUINÆ, MAXIME PENTATEUCHUS.

*Ordo demonſtrationis.* 1) Oſtendam, quod revera EXTITERIT ipſa gens Judaica, ex Abrahamo progenita, & per Moyſen legibus imbuta. 2) Oſtendam, quod, ſi Moyſes fuit auctor Pentateuchi, illi OMNIS FIDES ſit habenda, ſicut & ceteris ſcriptoribus. 3) Evincam, in eadem hypotheſi libros non potuiſſe deinceps CORRUMPI. 4) Sed nec factorum omnium ſeriem primum ab impoſtore FINGI potuiſſe. Unde tota oſtenſio ad ſequens ratiocinium deducitur: *ſi Moyſes & ceteri ſcriptores revera ſunt auctores ſcripturarum, hæ authenticæ ſunt; atqui illi ipſi ſunt auctores ſcripturarum; ergo authenticæ ſunt.*

### §. 220.

*Scripturæ veteris teſtamenti, Hebræo canone contentæ, ſcriptæ ſunt ſaltem* ante *adventum Chriſti.*

ARGUMENTA DIRECTA. I. Omnes libri citantur a Chriſto, ab Apoſtolis Evangeliſtis & Epiſtolarum canonicarum ſcriptoribus & quidem adverſus ipſos Judæos in teſtimonium fidei habendæ Chriſto ceu Meſſiæ promiſſo. Atqui ſcripturæ novi teſtamenti certo ſunt authenticæ (cap. præc.): ergo certum eſt pari certitudine, ſcripturas veteris teſtamenti ante Chriſtum eſſe ſcriptas.

II. *Phi-*

## CAPUT VIII.

## SCRIPTURAE IN CANONE HABRAICO CONTENTAE SUNT ENUINAE, MAXIME PENTATEUCHUS.

Ordo demonstrationis. I) Ostendam, quod revera EXTITERIT ipsa gens Judaica, ex Abrahamo progenita, & per Moysen legibus im¬buta. 2) Ostendam, quod, si Moyses fuit au¬ctor Pentanteuchi, illi OMNIS FIDES sit habenda, sicut & ceteris scriptoribus. 3) Euincam, in eadem hypothesi libros non potuisse deinceps CORRUMPI. 4) Sed nec factorum omnium seriem primum ab impostore FINGI potuisse. Unde tota ostensio ad sequens ratiocinium deducitur: *si Moyses & ceteri scriptores revera sunt auctores scripturarum, hae authentica sunt; atqui illi ipsi sunt auctores scripturarum; ergo authentica sunt.*

§ .220.

*Scripturae veteris testamenti, Hebraeo canone contentae, scriptae sunt saltem* ante *adventum Christi.*

ARGUMENTA DIRECTA. I. Omnes libri citantur a Christo, ab Apostolis Evangelistis & Epistolarum canonicarum scriptoribus & quidem adversus ipsos Judaeos in testimonium fidei habendae Christo ceu Messiae promisso. Atqui scripturae novi testamenti certo sunt authenticae (cap. praec.): ergo certum est pari certitudine, scripturas veteris testamenti ante Christum esse scriptas.

II. *Philo* 36. an., *Joſephus* an. 70. a Chriſti ortu, ille vitam Moyſis, hic totam fere veteris teſtamenti hiſtoriam in XX. lib. de Antiq. conſcripſere.

III. Ad tempus Joſephi referendæ ſunt *duæ Epiſtolæ* omnium criticorum judicio primæ antiquitatis, una Vulgo S. Barnabæ adſcripta, altera Clementis I. Rom. Pont.; utraque argumenta *ex citationibus prophetiarum* & *factorum* V. 7. repetit.

IV. *Ebionitæ* an. 73. a Chriſti ortu rejiciebant prophetas Joſue poſteriores, & ex ipſa lege Moyſis delebant multos textus teſte Irenæo l. I. 26., & S. Epiphanio hær. 30. n. 13. ergo *ſaltem pridem ſcriptos* ſuppoſuere.

V. De ſenſu Chriſtianorum & Judæorum communi circa ſcripturas veteres teſtes ex ſeculo II. habemus 1) S. *Juſtinum* circa an. 150. 2) *Melitonem* Sardicenſem Epiſcopum circa an. 170. 3) *Tatianum Aſſyrium* circa an. 172. 4) *Theophylum Antiochenum* circa an. 180. 5) S. *Irenæum* referentem de Theodotione græce omnes ſcripturæ veteris libros vertente. 6) S. *Clementem* Alex. circa an. 194. I. Strom.

VI. Seculo III. teſtes habemus *Tertullianum & Origenem*, quos ſequitur nubes integra teſtium, cui ne Porphyrius quidem & Julianus hac in parte contradixere.

Argumenta indirecta. I. Si ſcripturæ ab impoſtore ſunt conſcriptæ, tunc gens Judaica *non erit populus a reliquis totius mundi diſtinctus*, & hiſtoriæ Patriarcharum & Prophetarum,

 Ducum,

*contentae sunt genuinae, maxime Pentat. 197*

II. Philo 36. an., Josephus a. 70. a Christi ortu. ille vitam Moysis, hic totam fere veteris testamenti historiam in XX. lib. de Antiq. conscripsere.

III. Ad tempus Josephi referendae sunt *duae Epistolae* omnium criticorum judicio primae antiquitatis, una Vulgo S. Barnabae adscripta, altera Clementis I. Rom. Pont.; utraque argumenta *ex citationibus prophetiarum & factorum* V. 7. repetit.

IV. Ebinita an. 73 a Christi ortu rejiciebant prophetas Josue posteriores, & ex ipsa llege Maysis delebant multos textus teste Irenaeo I. I. 26., & S. Epiphanio haer. 30. n. 13 ergo *sal*tem pridem scriptos supposuere.

V. De sensu Christianorum & Judaeorum communi circa scripturas veteres testes ex seculo II. habemus I) S. *Justinum* circa an. 150. 2) *Melitonem* Sardicensem Episcopum circa an. 170. 3) *Tatianum Assyrium* circa an. 172. 4) *Theophylum Antiochenum* circa an. 180. 5) S. *Irenaeum* referentem de Theodotione graece omnes scripturae veteris libros vertente. 6) S. *Clemen*tem Alex. circa an. 194. I. Strom.

VI. Seculo III. testes habemus Tertullianum & Origenem, quos sequitur nubes integra testium, cui ne Porphyrius quidem & Julianus hac in parte contradixere.

ARGUMENTA INDIRECTA. I. Si scripturae ab impostore sunt conscriptae, tunc gens Judaica *non erit populus a reliquis totius mundi disinctus,* & historiae Patriarcharum & Prophetarum,

Ducum, Regem eorum, erunt meræ fabulæ romanæ; jam vero quis audebit cuivis genti v. g. Italis, negare *Characterem populi a reliquis populis diſtincti.*

II. Suſpicio impoſturæ nec cadit in ſolos Chriſtianos, qui ſane Judæos, nec in Judæos, qui & ſuos populares & Chriſtianos contradicentes inveniſſent, nec in utrosque ſimul; nam Judæi ſibi ipſis ignominiam populi reprobati nunquam ipſi inulſiſſent, nec Chriſtiani veram ſuam gloriam tam falſa tam publicis refutationibus obnoxia gloria corrupiſſent.

III. *Novum item Teſtamentum*, ceu complementum veteris, erit opus ſimilis impoſturæ.

IV. Hoc ipſo maximi impoſtores fuere ſimul auctores librorum *ſummam ſapientiam* continentium. Itaque &c.

## §. 221.

*Auctores librorum V. 7. aut erant ipſi Prophetæ aut verba prophetarum ſumma fide conſcripſerunt.* Sunt enim ſcripti *ante adventum* Chriſti (8. præc.) & ſimul continent *prædictiones* rerum remotiſſimarum, quæ poſtea adcurate eventum ſunt conſecutæ: ergo &c.

* **Sed juvat directam ejus rei demonſtrationem addere ſic:**

*Extitit a plurimis ante Jeſu Chriſti ætatem ſeculis gens Judaica, ab Abrahamo prognata, a Moyſe legibus inſtructa, a Moyſis obitu usque ad Jeſu Chriſti adventum incola Palæſtinæ.* Exiſtentia

Ducum, Regem eorum, erunt merae fabulae romanae; jam vero quis audebit cuivis genti v. g. Italis, negare *Characterem populi a reliquis populis distincti.*

II. Suspicio imposturae nec cadit in solos Christianos, qui sane Judaeos, nec in Judaeos, qui & suos populares & Christianos contradicentes invenissent, nec in utrosque simul; nam Judaei sibi ipsis ignominiam populi reprobati nunquam ipsi inulsissent, nec Christiani veram suam gloriam tam falsa tam publicis refutationibus obnoxia gloria corrupissent.

III. *Novum item Testamentum*, ceu complementum veteris, erit opus fimilis imposturae.

IV. Hos ipso maximi impostores fuere simul auctores librorum *summam sapientiam* continen¬tium. Itaque c.

§. 221.

*Auctores librorum V. 7. aut erant ipsi Prophetae aut verba prophetarum summa fide conscripse-*runt. Sunt enim scripti *ante adventum* Christi (8. praec.) & fimul continent *praedictiones* rerum remotissimarum, quae postea adcurate eventum sunt consecutae: ergo &c.

* Sed juvat directam ejus rei demonstrationem addere sic:

*Extitit a plurimis ante Jesu Christi aetatem* seculis gens Judaica, ab Abrahamo prognata, a Moyse legibus instructa, a Moysis obitu usque ad Jesu Christi adventum incola Plaestinae. Existeu-

tia enim cujuſcunque gentis v. g. Romanæ, alio argumento demonſtrari nequit, quam *hiſtoria completa* a coëvis & authenticis ſcriptoribus publice edita, ipſo *Nexu totius hiſtoriæ*, *univerſali traditione hiſtoriæ* conformi, & *conſenſu ſcriptorum ex vicinis nationibus*. Atqui hæc omnia genti Judaicæ eminenter competunt. Extabat enim ætate Chriſti hiſtoria V. 7., a tota gente ſacerrime *cuſtodita*, ſummorum Pontificum curæ concredita, a *coëvis* auctoribus publica auctoritate, ut omnes credebant, conſignata. *Nexus* per 4. mille annos a principio ad finem admirabilis: ipſa hæc documenta confirmantur publica RELIGIONE, & TRADITIONE innumeris locis, ædificiis &c. ſtabilita. *Conſenſum ſcriptorum* ex vicinis nationibus probat adcurate Joſephus Judæus in lib. I. contra Appionem, & lib. IX. cap. vet. Antiq. & lib. X. cap. 11.

* Ut vim oſtenſionis evitent Theiſtæ, ſupponunt, prodigioſas narratiunculas paſſim intexendo aut a Moyſe aut ab alio impoſtore genti ſimpliciſſimæ eſſe impoſitum; quam vero ſine omni fundamento ejusmodi impoſtura fingatur, juvat per partes examinare.

## §. 222.

*Si Moyſes fuit revera auctor Pentateuchi* (uti eſt communis traditio), *ſummam hiſtoricam fidem meretur in omnibus, quæ narravit.*

I. MOYSES IPSE DECEPTUS NON FUIT. Nam 1) DOCUMENTA hiſtoriæ moſaycæ ſunt certa & clara. Etſi enim acta Adami, Noe, Abraham, Iſaac, Jacob, & Joſeph inde a mundi initio repeteret, *tota tamen* a) *traditio per ſenos ad ſum-*

 *mum*

tia enim cujuscunque gentis v. g. Romanae, alio argumento demonstrari nequit, quam *historia completa* a coëvis & authenticis scrptoribus publice edita, ipso *Nexu totius historiae, universali traditione historiae* conformi, & *consensu scriptorum ex vicinis nationibus*. Atqui haec omnia genti Judaicae eminenter competunt. Extabat enim aetate Christi historia V.7., a tota gente sacerrime *custodita,* summorum Pontificium curae concredita, a *coëvis* auctoribus publica auctoritate, ut omnes credebant, consignata. *Nexus* per 4. mille annos a principio ad sinem admirabilis: ipsa haec documenta confirmantur publica RELIGIO-
in. von innumeris Loos, will¬
es des. sabilita. Lonensum seriptorum er viel¬
nie nationmibus prohat acurate solepmus suclzus
in ih. I. contra ppüonem, C ih. IX. daß. ret.
tig. ih. X. daß. 11.

* Ur im oskensionis eritent heilte, spponynt, prodligiolas narratinnenlas pasim inteeno ant a Mloyle ant ab also impostore gent sümplicissime alle imposüitum; quam ver Eine omni kunlamento ejusmodi impostura Kngatur, jurat per partes eamilnars.

f. 222.

K Moses für revera ankkor Eentateuoli (un es coums tradltlo), summam listoricam dem meretur in omnibus. zu narrawit.

I. Mlosns ten Venus o vor. am

1) ooutnnra istorie molayoe laut certa Er daran. ist an alt damit, los, Abraham, Isaacs, acob, Joseph indle an und initio re¬
petetet, tota kamen an) traclltis per seines al um¬

zum

*mum virôs ab Adamo ad Moyſen fuit transmiſſa.* Sic Moyſes natus centum annis a morte Jacobi; ſenes Moyſi coëvi pluribus annis Jacobo familiariter convixerant. Iſaac Jacobi pater cum Abrahamo 80., & cum Sem filio Noe 50. annos vixerat. Sem 98. annis ante diluvium jam vivens noverat Lamech & Matthuſalem, hi Adamo diu convixere. b) *Ipſa facta memoria facile conſervabantur*, nempe Creatio mundi, Adæ lapſus, diluvium, turris Babel, imperium a Nemrodo conditum. c) *Extabant monumenta* publica factorum, v. g. lapides, putei, a Jacobo erecti in ſignum adparationis divinæ. d) Omnia fere geſta in *canticorum formas*. Digeſta, in publicis conventibus recitabantur. e) *Stylus* ipſe canticorum vivacior facilius phantaſiam excitabat. f) *Rerum non antiquarum Moyſes ipſe per ſe conſcius & miniſter fuit.* 2) Præter hæc documenta ipſa Moyſes SAPIENTIA illum a fraude accepta liberat. Sapientiæ conſilium elucebat tum in ipſa *ſcriptione* hiſtoriæ, tum in *lege* ſtatuenda. Scriptionem quod attinet, cum vidit Moyſes, gentem ſuam diuturna cum extraneis conſuetudine ab avita religione ſenſim deflectere; ab ipſa Mundi creatione opus ſuum exorſus, non argumentis ſubtilibus, ſed viva factorum, ceu totidem exemplorum ideas perfectæ virtutis exhibentium, narratione rudibus popularibus ſuis oſtendit, Deum, quem ipſi adorarent, *Deum Patrum* ſuorum fuiſſe, eumque *unicum*, *ſupremum Dominum*, & *Patrem optimum*, *vindicem ſcelerum*, Meſſiæ *promiſſorem*, *cuſtodem* vigilantiſſimum. FINIS ergo ſcriptionis fuit cultus DEI ſummi, MEDIA exempla Patrum ſuorum, incitamento omnibus futura, eorumque narratio captui rudium conformata. *Legem* ſi ſpectas, ſapientiam legislatoris commendat tum FUNDAMENTUM legis, quod eſt unitas DEI;

*mum virbos ab Adamo ad Moysen fuit transmissa.*
Sic Moyses natus centum annis a morte Jacobi; senes Moysi coëvi pluribus annis Jocobo familiariter convixerant. Isaac Jacobi pater cum Abrahamo 80. cum Sem filio Noe 50. annos vixerat. Sem 98. annis ante diluvium jam vivens noverat Lamech & Matthusalem, hi Adamo diu convixere. b) *Ipsa facta memoria facile conservabantur,* nempe Creatio mundi, Adae lapsus, diluvium, turris Babel, imperium a Nemrodo conditum. c) *Extabant monumenta* publica factorum, v. g. lapides, putei, a Jacobo erecti in signum adparationis divinae. d) Omnia sere gesta in *canticorum sormat*. Digesta, in publicis conventibus recitabantur. e) Stylus ipse canticorum vivacior facilius phantasiam excitabat. f) *Rerum non antiquarum Moyses ipse per se conscius & minister fuit.* 2) Praeter haec documenta ipsa Moyses SAPIENTIA illum a fraude accepta liberat. apientiae consilium elucebat tum in ipsa *scriptione* historiae, tum in *lege* statuenda. Scriptionem quod attinet, cum vidit Moyses, gentem suam diuturna cum extraneis consuetudine ab avita religione sensim deflectere; ab iplsa Mundi creatione opus suum exorsus, non argumentis subtilibus, sed viva factorum, ceu totidem exemplorum ideas perfectae virtutis exhibentium, narratione rudibus popularibus suis ostendit, Deum, quem ipsi adorarent, *Deum Patrum* suorum fuisse, eumque *unicum, supremum Dominum*, & *Patrem optimum; vindicem scelerum*. Messiae *promissorem, custodem* vigilantissimum. FINIS ergo scriptionis fuit cultus DEI summi, MEDIA exempla Patrum suorum, incitamento ommibus futura, eorumque narratio captui rudium conformata. *Legem* si spectas, sapientiam legislatoris commendat tum FUNDAMENTUM legis, quod est unitas

DEI, familiam Abrahami in ſuum populum ſibi eligentis, tum SCOPUS LEGIS, qui eſt filialis DEI amor perfectus (Deuter. X. 12.), tum MOTIVA, pœnæ & præmia quidem temporalia, ſed æterna jam præſupponentia, tum CEREMONIÆ, ceu apta ſigna ad memoriam DEI unius ſumme benevoli conſervandam, & ad gentem unicam a ceteris penitus ſeparandam neceſſaria, tum ORDO ADMIRABILIS reipublicæ, in diviſione tribuum, in tutela legis &c., *denique* FINIS ſpecialis totius legis, qui fuit nonniſi præparatio quædam ad legem magis perfectam, in Chriſto Jeſu afferendam Deuter. XVIII. 15.; id quod ſatis oſtendit, legis antiquæ imperfectionem ſapienter a Moyſe ordinatam, ut & imbecillitati gentis ſuæ conſuleret, & Meſſiæ quid emendendum relinqueret.

II. MOYSES IPSE DECIPERE NON VOLUIT. Scriptio enim exhibet omnes ſinceritatis Characteres. Sic nihil ad ſuam vel gloriam vel voluptatem refert; ſi quid humani paſſus, v. g. incredulitatis ſuæ peccatum, fratris & ſororis errores, ac ſupplicia, ingenue refert, de ſe ipſo tanquam de alieno loquens, unice DEI gloriæ ſtudet, prodigia ſumma velut naturalia tranquillo vultu, ſimplicitate ſumma, narrat, moritur denique ſui incurius, liberos ſuos ſine ullo dignitatis diſcrimine in medio civium poſt ſe relinquens; *Methodus* ipſa ſcribendi vere nonniſi ſummi Legislatoris & vere Principis eſt.

III. NEC DECIPERE POTUIT. Certe enim *factis tam publicis & vaticiniis primi ordinis* fraus aut non potuit *ſubeſſe*, aut debuit certiſſime *detegi.* Solus Moyſes, & præter eum nullus legislator, per annos plus 40. continuavit PRODIGIA;

DEI, familiam Abrahami in suum populum sibi eligentis, tum SCOPUS LEGIS, qui est filialis DEI amor perfectus (Deuter. X.12), tum MOTIVA, poenae & praemia quidem temporalia, sed aeterna jam praesupponentia, tum CEREMONIAE, ceu apta signa ad memoriam DEI unius summe benevoli conservandam, & ad gentem unicam a ceteris penitus separandam necessaria, tum ORDO ADMIRABILIS reipublicae, in divisione tribuum, in tutela legis &c., *denique* FINIS specialis totius legis, qui fuit nonnisi praeparatio quaedam ad legem magis perfectam, in Christo Jesu afferendam Deuter. XVIII. 15. ; id quod satis ostendit, legis antiquae imperfectionem sapienter a Moyse ordinatam, ut & imbecillitati gentis suae consuleret, & Messiae quid emendendum relinqueret.

II. MOYSES IPSE DECIPERE NON VOLUIT. Scriptio enim exhibet omnes sinceritatis Characteres. Sic nihil ad suam vel gloriam vel voluptatem refert; si quid humani passus, v. g. incredulitatis suae peccatum, fratris & sororis errores, ac supplicia, ingenue refert, de se ipso tanquam de alieno loquens, unice DEI gloriae studet, prodigia summa velut naturalia tranquillo vultu, simplicitate summa, narrat, moritur denique sui incurius, liberos suos sine ullo dignitatis discrimine in medio civum post se relinquens; Methodus ipsa scribendi vere nonnisi summi Legislatoris & vere Principis est.

III. NEC DECIPERE POTUIT. Certe enim *factis tam publicis & vaticiniis primi ordinis* fraus aut non potuit *subesse,* aut debuit certissime *detigi.* Solus Moyses & praeter eum nullus legislator, per annos plus 40. continuavit PRODIGIA;

Solus legem ſervantibus felicitatem, violantibus omnia adverſa PRÆDIXIT, adhuc remotiſſima, & tamen infallibiliter ſecuta. Atque ita per vices felicitas & infelicitas pro ratione obedientiæ & inobedientiæ usque ad ætatem Chriſti juxta tenorem prædictionis Moyſaicæ ſecuta eſt.

*Adde* vaticinia alia, *de excluſione* a terra promiſſa omnium, qui animum deſponderant ob relationes exploratorum Num. XIV. 22., prout Num. XXVI. 63. poſt 40. annos peractos contigit, *de ſecuritate* & pace triplicis anni temporis, quo omne maſculinum in conſpectu DEI apparuit XXXIV. 23., *de annis Sabbaticis* Lev. XXXV. 4., de muliere adulterii ſuſpicione laborante Num. V. 12., *de prohibitione*, ne quis populum reducat in Aegyptum ad emendos equos Deuter. XVII. 16. Jam vero eventus hi conſtanter ſecuti nonniſi Deo interveniente præſciri poterant, omni conjectura humana, & tota ſæpe natura altiores. ***Ergo Moyſen ab omni impoſturæ ſuſpicione liberant.***

* Cum ipſi Moyſi auctoritatem nequeant abjudicare, ad ultimum ſe figmentum recipiunt, dicentes, poſtmodum ſacros libros eſſe corruptos. Sed &

§. 223.

*Nullo pacto fieri deinceps potuit, ut Pentateuchus ſemel a Moyſe conſcriptus, ullius impoſtoris interpolatione corrumperetur.*

*Argum.* I. *Legislator providus omni fraudis periculo proſpexit.* Nam 1) *peculiaris tribus* conſtituitur ab eo ad legem tuendam. 2) Ab initio

Solus legenm servantibus felicitatem, violantibus omnia adversa PRAEDIXIT, adhuc remotissima, & tamen infallibiliter secuta. Atque ita per vices felicitas & infelicitas pro ratione obedientiae & inobedientiae usque ad aetatem Christ juxta tenorem praedictionis Moysaicae secuta est.

*Adde* vaticinia alia, *de exclusione* a terra promissa amnium, qui animum desponderant ob relationes exploratorum Num. XIV. 22., prout Num. XXVI. 63. post 40. annos peractos contigit, *de securitate* & pace triplicis anni temporis, quo omne masculinum in conspectu DEI apparuit XXXIV. 23., *de annis Sabbaticis* Lev. XXXV, 4. , de muliere adulterii suspicione laborante Num. V. 12., *de prohibitione*, ne quis populum reducat in Aegyptum ad emendos equos Deuter. XVII. 16. Jam vero eventus hi constanter secuti nonnisi Deo interveniente praesciri poterant, omni conjectura humana, & tota saepe natura altiores. *Ergo Moysen ab omni omposturae suspicione liberant.*

* Cum ipsi Moysi anctoritatem nequeant abjudicare, ad ultimum se figmentum recipiunt, dicentes, postmodum sacros libros esse corruptos. Sed &

§. 223.

*Nullo pacto fieri deinceps potuit, ut Pentateuchus semel a Moyse condcriptus, ullius impostoris interpolatione corrumperetur.*

*Argum.* I. *Legislator providus omni fraudis periculo prospexit.* Nam 1) *peculiaris tribus* constituitur ab eo ad legem tuendam. 2) Ab ini-

tio legis promulgatæ (Deut. IV. 2. & XII.) ſub ultimo piaculo prohibetur, ne quis audeat ad legem quid *addere*, nec *detrahere*. 3) *Numerus* legum tum civilium tum ceremonialium ſingulis pœne momentis neceſſitatem Judæis impoſuit ad legem recurrendi. 4) Eandem legem jubebantur perpetuo *legere*, *meditari* virtutis præcepta; ex eadem pueri, puellæque *legere* docebantur. 5) Præter lectionem particularem *in ſeptimos* quoque annos publica lectio, & nova legis quaſi promulgatio in feſto tabernaculorum coram omni populo (Deuter. XXXI.) ſtatuta erat. 6) Quin & propter publicam in *Sabbatis* ſingulis explanationem ſacer codex in totius nationis conſpecta, auribus, & manibus fuit 7) *denique* Moyſes præcepit (Deuter. XXXI. 26.), textum autographum deponi in latere arcæ fœderis, ex quo exemplo alia exempla deſcripta, a Levitis diligenter relecta & cum originali collata ſunt. 8) *Reges* ipſi futuri (Deuter. XVII. 18.) obligabantur de manibus ſacerdotum id genus correctum exemplar accipere, & aſſidua lectione ſcrutari. Jam vero hæc Moyſis providentia multiplex obſtabat, quo minus impoſtor quiſcunque omnia exempla ex tota natione ita in ſua poteſtate habuerit, ut pro lubitu omnia exempla in novam formam transfundere potuerit.

II. *Unicus caſus fingi poteſt*, ceteris exemplis jam deperditis pauca, quæ ſupererant, fuiſſe corrupta. Ajunt ergo, *in captivitate Babylonica, exemplaribus ad paucitatem redactis, Judæorum libros de novo ab Eſdra cum fraude & interpolatione prodigiorum reſtauratos.* Sed hoc *commentum* facile impoſſibilitatis convincitur. Nam eo ipſo tempore Schiſma (Reg. XVII. 24.) ortum eſt inter Samaritanos & reliquos Judæos,

ad

tio legis promulgatae (Deut. IV. 2. & XII.) sub ultimo piaculo prohibetur, ne quis audeat ad legem quid *addere*, nec *detrahere.* 3) *Numerus* legum tum civilium tum ceremonialium singulis poene momentis necessitatem Judaeis impofuit ad legem recurrendi. 4) Eandem legem jubebantur perpetuo *legere, meditari* virtutis praecepta; ex eadem pueri, puellaeque *legere* docebantur. 5) Praeter lectionem particularem *in septimos* quoque annos publica lectio, & noalegis quasi promulgatio in festo tabernaculorum coram omni populo (Deuter. XXXI.) statuta erat. 6) Quin & peopter publicam in *Sabbatis* singulis explanationem sacer codex in totius nationis conspecta, auribus, & manibus fuit 7) *denique* Moyses praecepit (Deuter. XXXI. 26.), textum autographum deponi in latere arcae foederis, ex quo exemplo alia exempla descripta, a Levitis diligenter relecta & cum originali collata sunt. 8) *Reges* ipsi futuri (Deuter. XVII. 18.) obligabantur de menibus sacerdotum id genus correctum exemplar accipere, & affidua lectione scrutari. Jam vero haec Moysis providentia multiplex obstabat, quo minus impostor quiscunque omnia exempla ex tota natione ita in sua potestate habuerit, ut pro lubitu omnia exempla in novam formam transfundere potuerit.

*II. Unicus casus fingi potest,* certeris exemplis jam deperditis pauca, quae supererant, fuisse corrupta. Ajunt ergo, *in captivitate Babylonica. exemplaribus ad paucitatem redactis, Judaeorum libros de novo ab Esdra cum fraude & interpolatione prodigiorum restauratos.* Sed hoc *commentum* facile impossibilitatis convincitur. Nam eo ipso tempore Schisma (Reg. XVII. 24.) ortum est inter Samaritanos & reliquos Judaeos,

ad Chriſti usque tempora perdurans (Joann. IV.); jam vero hi populi inveterata inter ſe (I. Eſd. IV. 2. II. Mach. VI. 2.) æmulatione DISSENTIENTES, in Pentateucho tanquam libro divino pertinaciter conſervando mire CONSENTIEBANT. Nihil vero intereſt, utrum Eſdra, ſubmotis vetuſtis Characteribus hebraicis, ſimul formam literarum immutarit, ſive, quod veriſimilius eſt, ipſi hebræi duplicem Characterem habuerint profanum, & ſacrum, ex quo diſcrimine diſcrimen Characterum in textu Samaritano & hebraico natum fuerit. Itaque *ipſa Judæorum & Samaritanorum diſſenſio, conjuncta cum conſentiente Pentateuchi cuſtodia eſt invictum argumentum adverſus omnes Interpolationis ſuſpiciones.*

III. Si tamen ponas ab Eſdra miracula & prodigia Pentateucho inſerta: cum porro in reliquis libris ſimilia occurrant tum vaticinia tum prodigia, quæ poſt Eſdram primum contigere, & cum antiquioribus mire conſentiunt, imo ad implendas ipſius Moyſis prædictiones (§. 222. III.) pertinent; *aut Eſdram dono vaticinandi ad fraudem tegendam a Deo inſtructum, aut ſingulis annorum intervallis inſignem impoſtorem communi conſilio cum antecedentibus impoſtoribus conſenſiſſe concedas oportet.* Atqui primum metaphyſicam, alterum moralem impoſſibilitatem involvit.

IV. *Ipſum factum*, inſtauratio nempe SS. Codicum ab Eſdra facta, prout a libro IV. Eſdræ refertur, eſt meriſſima fabula ſecundum maximos Chriſtianæ Eccleſiæ Doctores Hieronymum, Hilarium, Chryſoſtomum; etſi fabula iſta Clementi Alexandrino aliisque paucis primo impoſuerit. Quodſi factum authenticum eſſet, idem liber IV. refert, inſtaurationem item devinctus factam.

§. 224. *Sed*

ad Christi usque tempora perdurans (Joann. IV.); jam vero hi populi inveterata inter se (I. Esd. IV. 2. II. Mach VI. 2.) aemulatione DISSENTIENTES, in Pentateucho tanqum libro divino pertinaciter conserando mire CONSENTIEBANT. Nihil vero interest, utrum Esdra, submotis vetustis Characteribus hebraicis, simul formam literarum immutarit, sive, quod verisimilius est, ipsi hebraei duplicem Characterem habuerint profanum, & sacrum, ex quo discrimine discrimen Characterum in textu Samaritano & hebraico natum fuerit. Itaque *ipsa Judaeorum & Samari. tanorum dissensio, conjuncta cum consentiente Pentateuchi custodia est invictum argumentum adversus omnes Interpolationis suspiciones.*

III. Si tamen ponas ab Esdra miracula & prodigia Pentateucho inserta: cum porro in reliquis libris similia occurrant tum vaticinia tum prodigia, quae post Esdram primum contigere, & cum antiquioribus mire consentiunt, imo ad implendas ipsius Moysis praedictiones (§. 222. III.) pertinent; *aut Esdram dono vaticinandi ad fraudem tegendam a Deo instructum, aut singulis annorum intervallis insignem impostorem communi consilio cum antecedentibus impostoribus consensisse concedas oportet.* Atqui primum metaphysicam, alterum moralem impossibilitatem involvit.

IV. *Ipsum factum*, instauratio nempe SS. Codicum ab Esdra facta, prout a libro IV. Esdrae refertur, est merissima fabula secundum maximos Christianae Ecclesiae Doctores Hieronymum, Hilarium, Chrysostomum; etsi fabula ista Clementi Alexandrino aliisque paucis primo impofuerit. Quodsi factum authenticum esset, idem liber IV. refert, instaaurationem item devinctus factam

§. 224.

*Sed neque fieri potuit, ut Pentateuchus integer ullo unquam tempore a qualicunque impoſtore fingeretur.* Nam a tempore diviſi per Jeroboam regni, æmulationes Samaritanorum & Judæorum fieri id omnino non permiſere (§. præc.); ergo Pentateuchus inter annos circiter 500., a morte Moyſis ad diviſionem usque regni interlapſos, procudi debuiſſet. *Jam vero vel lex ipſa & nomen Moyſis nunquam extitit, ſed integre omnia confiſta ſunt;* ergo lex duriſſima antea incognita apud integram nationem fidem certo non inveniſſet ceu communi traditioni contraria, & ipſa hac novitate ſatis ſuſpecta: *vel lex jam extitit, ſed traditione tantum propagata, nunc autem inſperſis tot prodigiis conſarcinata;* ergo quiſcunque impoſtor hic fuit, certe ea fraudis media elegit, quæ totidem fraudis impedimenta ſunt. Nam cum totum opus Moyſi inſcribit, ſupponere debet, OPUS TOTUM OLIM DEPERDITUM, nunc e tenebris protractum; cum vero religioſiſſimam illius operis cuſtodiam uni tribus vigilantiſſimæ adſcribit, & tot cautelas Moyſi affingit, ut opus deperdi poſſe, fiat impoſſibile: credere omnes deberent, OPUS TOTUM NUNQUAM FUISSE DEPERDITUM. Porro ſucceſſu temporis Deus ad fraudem primi impoſtoris confirmandam aut debuit novos prophetas miraculorum & vaticiniorum dono præditos ſuſcitare, qui auctoritatem Pentateuchi confirmarent, aut permittere, ut novi impoſtores ſimul in fraudis conſilio conſentirent, & ſimul remotiſſima vitæ Chriſti eventa & adjuncta prædicerent. Itaque &c.

§. 225. Si.

§. 224.

*Sed neque fieri potuit, ut Pentateuchus integer ullo unquam tempore a qualicumque impostore fingeretur.* Nam a tempore divisi per Jeroboam regni, aemulationes Samaritanorum & Judaeorum fieri id omnino non permisere (§. praec.); ergo Pentateuchus inter annos circiter 500., a morte Moysis ad divisionem usque regni interlapsos, procudi debuisset. *Jam vero vel lex ipsa & nomen Mpysis nunquam extitit, sed integre omnia conficta sunt*; ergo lex durissima antea incognita apud integram nationem fidem certo non invenisset ceu communi traditioni contraria, & ipsa hac novitate satis suspecta: *vel lex jam extitit, sed traditione tantum propagata, nunc autem inspersis tot prodigiis consarcinata;* ergo quiscunque impostor hic fuit, certe ea fraudis media elegit, quae totidem fraudis impedimenta sunt. Nam cum totum opus Moysi inscribit, supponere debet, OPUS TOTUM OLIM DEPERDITUM, nunc e tenebris protractum; cum vero religiosissimam illius operis custodiam uni tribus vigilantissimae adscribit, & tot cautelas Moysi affingit, ut opus deperdi posse, fiat impossibile: credere omnes deberent, OPUS TOTUM NUNQUAM FUISSE DEPERDITUM. Porro successu temporis Deus ad fraudem primi impostoris confirmandem aut debuit novos prophetas miraculorum & vaticiniorum dono praeditos suscitare, qui auctoritatem Pentateuchi confirmarent, aut permittere, ut novi impostores simul in fraudis consilio consentirent, & simul remotissima vitae Christi eventa & adjuncta praedicerent. Itaque &c.

## §. 225.

*Si Pentateuchus liber Moyſis genuinus eſt, ceteris etiam canonicis Hebræorum antiquorum libris fides authentica conſtat.* Nam unica ratio, cur illis fides negetur, eſt immodica miraculorum & prodigiorum copia: atqui hæc prorſus evaneſcit, ſi Pentateuchus genuinus eſt; talis eſt enim legis & religionis ſpiritus, ut in ea propaganda nec miracula nec prophetiæ, ceu authenticus divinæ auctoritatis Character, unquam deeſſe poſſunt. *Dein* auctores ceterorum quoque librorum factis, quæ ſcribebant, aut coëvi aut proximi fuere. *Adde* nexum totius HISTORIÆ ſubſequentis cum Pentateucho, qui vix ſubſiſtere poteſt, ſi vel unum caput ſubtraxeris

## §. 226.

*Hic ipſe nexus tum librorum utriusque teſtamenti, tum rerum deſcriptarum, eſt certus fidei authenticæ Character univerſalis.* Anteriora enim ita connectuntur cum poſterioribus, ut nec iſta ſequi ſine illis præcedentibus, nec illa præcedere niſi talibus ſequentibus potuiſſent. Sic hiſtoria II. templi ſupponit hiſtoriam I., & reducit nos ad Salomonem usque: pax ſub Salomone ad bella ſub judicibus usque ad Joſue; hiſtoriæ Joſue ad exitum ex Aegypto, exitus ad ingreſſum, ingreſſus in Aegyptum usque ad Patriarchas, hi ad primum parentem Adamum conſtanti ordine nos reducunt. PORRO acta Apoſtolorum ſe fundant in Evangeliorum hiſtoria, Evangelia in prophetis, prophetæ in inſtitutione legis Moyſaicæ &c. *Ergo hiſtoriæ populi judaici & Chriſtiani ejusdem religionis primordium, progreſ-*

*ſum,*

§. 225.

*Si Pentateuchus liber Moysis genuinus est, ceteris etiam canonicis Hebraeorum antiquorum libris fides authentica constat.* Nam unica ratio, cur illis fides negetur, est immodica miraculorum & prodigiorum copia: atqui haec prorfus evanescit, si Pentateuchus genuinus est; talis est enim legis & religionis spiritus, ut in ea propaganda nec miracula nec prophetiae, ceu authenticus divinae auctoritatis Character, unquam deesse possunt. *Dein* auctores ceterorum quoque librorum factis, quae scribebant, aut coëvi aut proximi fuere. *Adde* nexum totius HISTORIAE subsequentis cum Pentateucho, qui vix subsistere potest, si vel unum caput subtraxeris

§. 226.

*Hic ipse nexus tum librorum utriusque testamenti, tum rerum descriptarum, est certus fidei authenticae Character universalis.* Anteriora enim ita connectuntur cum posterioribus, ut nec ista sequi sine illis praecedentibus, nec illa praecedere nisi talibus sequentibus potuissent. Sic historia II. templi supponit historiam I., & reducit nos ad Salomonem usque: pax sub Salomone ad bella sub judicibus usque ad Josue; historiae Josue ad exitum ex Aegypto, exitus ad ingressum, ingressus in Aegyptum usque ad Patriarchas, hi ad primum parentem Adamum constanti ordine nos reducunt. PORRO acta Apostolorum se fundant in Evangeliorum historia, Evangelia in prophetis, prophetae in institutione legis Moysaicae &c. *Ergo historiae populi judaici &* Christiani ejusdem religionis primordium, profres-

*ſum, complementum, nexum exhibent, & commune divinæ providentiæ conſilium produnt.*

* *Adde* his ÆTATEM pentateuchi profanæ hiſtoriæ omnis Epocham antecedentem, & RELIGIONEM, *qua* gens judaica œconomiam ſuæ & legis & hiſtoriæ SIMUL proſecuta eſt. MINUTIAS locorum, nominum, temporum, linguarum ad rei caput non pertinentium, quas theiſtæ objiciunt; quoniam conteſtationem & authentiam ne quidem attingunt, attendere in re ſummi momenti operæ pretium non eſt.

## §. 227.

*Corollarium evidens primi momenti. Hiſtoria antiqua vel nova religionis Chriſtianæ, Hebraica nimirum, & Evangelica magis eſt conteſtata quam quæcunque profana hiſtoria.* Habent enim ſacræ literæ omne id, quod profanis *commune* eſt, & multa ſibi ſolis *propria* in Characteribus veritatis. Sunt enim conſcriptæ a teſtibus oculatis, coëvis; continent facta publica, nationum fide confirmata, nunquam in dubium ſuppoſitionis vocata; quæ quidem notæ hiſtoriæ alicui profanæ ſatis authenticæ v. g. Titi Livii item *communes* ſunt. Porro hiſtoria NATIONIS eſt ſimul hiſtoria RELIGIONIS. Ergo acquirit tot teſtes ſpeciales hiſtoria RELIGIONIS, quot hiſtoria NATIONIS prudentes homines & non omnino rerum omnium ignaros exhibet. Porro hic ipſe aſſenſus religioni præſtitus certitudinem præviam auctoritatis divinæ per MIRACULA ET VATICINIA obtentam ſupponit. Id quod ſoli ſcripturæ ſacræ *proprium.*

*sum, complemenntum, nexum exhibent, & commune divinae providentiae consilium produnt.*

* *Adde* his AETATEM pentateuchi profanae historiae omnis EEpocham antecedentem, & RELIGIONEM, qua gens judaica oeconomiam suae & legis & historiae SIMUL prosecuta est. MINUTIAS locorum, nominum, temporum, linguarum ad rei caput non pertinentium, quas theistae objiciunt; quoniam contestationem & authentiam ne quidem attingunt, attendere in re summi momenti operae pretium non est.

§.227.

*Corollarium evidens primi momenti. Historia antiqua vel nova religionis Christianae, Hebraica nimirum, & Evangelica magis est contestata quam quaecumque profana historia.* Habent enim sacrae literae omne id, quod profanis *cummune* est, & multa sibi solis *propria* in Characteribus veritatis. Sunt enim conscriptae a testibus oculatis, coëvis; continent facta publica, nationum fide confirmata, nunquam in dubium suppositionis vocata; quae quidem notae historiae alicui profanae satis authenticae v. g. Titi Livii item *communes* sunt. Porro historia NATIONES est simul historia RELIGIONIS. Ergo acquirit tot testes speciales historia RELIGIONIS, quot historia NATIONIS prudentes homines & non omnino rerum omnium ignaros exhibet. Porro hic ipse assensus religioni praestitus certitudinem praeviam auctoritatis divinae per MIRACULA ET VATICINIA obtentam supponit. Id quod soli scripturae sacrae *proprium.*

* *Dices*, iſta æque ad Alcoranum poſſe applicari. Sed & quis de *exiſtentia* Alcorani dubitavit unquam? applica iſta porro ad *veritatem*, & ſtatim vera miracula & prodigia, ceu divini teſtimonii Characteres, deficient.

## §. 228.

Adnotatio generalis *ſuper omnibus hactenus dictis.* I. Deus pro fine creationis ſtatuit beatitudinem communem maximam creaturarum rationalium vi bonitatis; II. ad hunc finem elegit media optima *vi* sapientiæ. III. Inter ipſa hæc media regnat Ordo admirabilis vi providentiæ. IV. Ordo hic uniformis ſe oſtentat in systemate religionis Christianæ. Nam a) medium principale eſt DEUS-HOMO beatitudinem maximam nobis allaturus, promissus primis parentibus. b) Promissum hoc Abrahamo, Iſaaco, Jacobo repetitur cum additione, Meſſiam ex eorum familia naſciturum. c) Familia ergo ipſorum debuit ſubſiſtere usque *ad adventum Meſſiæ.* d) *Hinc transfertur in Aegyptum iſta familia*, ut ibi multiplicata par ſit obtinendæ ſpeciali provinciæ itidem promiſſæ. e) *In hac provincia* degit populus electus ſegregatus a commercio idololatrarum, legibus propriis inſtructus, minis & præmiis coercitus, vaticiniis perpetuis in Meſſiæ adventum exſpectandum excitatus. f) *Ex ipſa captivitate* Babylonica tribus Judæ redacta in Palæſtinam ſe colligit circa Jeroſolymam, ut ex illa naſci Meſſias poſſet. g) Naſcitur denique Meſſias, miraculis Deum ſe oſtentat, novam legem promulgat; diſtinctio familiarum tollitur; deſtruitur templum & urbs, ſuccedit ſacrificium præſtantius, Judæi

diſperſi

* Dices, ista aeque ad Alcoranum posse applicari. SED & quis de existentia Alcorani dubitavit unquam? applica ista porro ad *veritatem,* & statim vera miracula & prodigia, ceu divini testimonii Characteres, deficient.

§. 228.

ADNOTATIO GENERALIS *super omnibus hactenus dictis.* I. Deus pro fine creationis statuit beatitudeinem communem maximam creaturarum relationalium vi BONITATIS; II. ad hunc finem elegit media optima *vi* SAPIENTIAE. III. Inter ipsa haec media regnat Ordo admirabilis vi PROVIDENTIAE. IV. Ordo hic uniformis se ostentat in SYSTEMATE RELIGIONIS CHRISTIANAE. Nam a) medium principale est DEUS - HOMO beatitudinem maximam nobis allaturus, PROMISSUS primis parentibus. b) PROMISSUM hoc Abrahamo, Isaaco, Jacobo repetitur cum additione, Messiam ex eorum FAMILIA nasciturum. c) FAMILIA ergo ipsorum debuit subsistere usque ad adventum Messiae. d) *Hinc transfertur in Aegyptum ista familia,* ut ibi multiplicata par sit obtinendae speciali provinciae itidem promissae. e) *In hac provincia* degit populus electus segregatus a commercio idololatrarum, legibus propriis instructus, minis & praemiis coercitus, vaticiniis perpetuis in Messiae adventum exspectandum excitatus. f) *Ex ipsa captivitate* Babylonica tribus Judae redacta in Palaestinam se colligit circa Jerosolumam, ut ex illa nasci Messias posset. g) Nascitur denique Messias, miraculis Deum se ostentat, novam legem promulgat; distincto familiarum tollitur; destruitur templum & urbs, succedit sacrificium praestantius, Judaei

diſperſi teſtimonium ſcripturarum in gentibus circumferant, religio nova propagatur, impletæ jam ſunt veteres & novæ prophetiæ, & religionis propagatio novis miraculis confirmatur. V. Ordo hic uniformis divinæ providentiæ oſtendit ſe in ſola religione Chriſtiana.

* Argumentum hoc ex divinis perfectionibus ſimul & ex factis petitum in mente ab affectibus libera vim demonſtrationis certe obtinet:

§. 229.

*Summa demonſtrationis totius.*

I. Eſt necessaria aliqua revelatio moraliter ſpectata univerſalitate hominum (cap. II.) & tamen adhuc eſt beneficium (§. 54.).

II. Revelatio eſt *poſſibilis* in genere (cap. III.) & homo obligatur ad credendum, Deo revelanti, quam primum de exiſtentia revelationis certus eſt (§. 61.).

III. Revelatio Christiana habet Characteres poſſibilitatis in dogmatis naturalibus (§. 99.) & ſupernaturalibus (§. 105.), digna divinis perfectionibus (§. 106.): nec ulla contradictio oſtendi poteſt etiam ratione altiſſimorum myſteriorum (§. 215. ſeq.).

IV. Miracula ſunt poſſibilia (§§. 127. &c.) poſſunt dignoſci (§. 46.). Miracula (§§. 152. 153. &c.) pro Chriſtiana religione allegari ſolita ſunt vere talia (§. 254.).

dispersi testimonium scripturarum in gentibus circumferant, religio nova propagatur, impletae jam sunt veteres & novae prophetiae, & religionis propagatio novis miraculis consirmatur. V. ORDO HIC UNIFORMIS divinae providentiae ostendit se in sola religione Christiana.

* Argumentum hoc ex divinis perfectionibus simul & ex factis petitum in mente ab affectibus libera vim demonstrationis certe obtinet:

§. 229.

*Summa demonstrationis totius.*

I. Est NECESSARIA aliqua revelatio moraliter spectata universalitate hominum (cap. II.) & tamen adhuc est benesicium (§.54.).

II. REVELATIO est *possibilis* in genere (cap. III.) & homo obligatur ad credendum, Deo revelanti, quam primum de existentia revelationis certus est (§. 61).

III. REVELATIO CHRISTIANA habet Characteres possibilitatis in dogmatis naturalibus (§. 99.) & supernaturalibus (§. 105.), digna divinis perrfectionibus (§. 106.): nec ulla contradictio ostendi potest etiam ratione altissimorum mysteriorum (§. 215. seq.).

IV. MIRACULA sunt possibilia (§§.127. &c.) possunt dignosci (§. 46.). Miracula (§§. 152. 153. &c.) pro Christiana religione allegari solita sunt vere talia (§. 254.).

V. Prophetiæ ſunt Character divinæ locutionis (§. 159.); quæ pro religione utraque veteri & nova afferuntur, habent omnes notas veræ DEI locutionis.

VI. Judæi ipsi ſubruunt fundamenta gloriæ ſuæ, niſi univerſam ſuam religionem habeant pro præparatione religionis a Chriſto allatæ (§. 184.).

VII. Nullus Character divinitatis *competit* Sectæ Mahometis (§§. 194. 195.), ceu per ſe abſurdæ, & cum apertis veritatibus pugnanti.

VIII. Ipsa miracula et prophetiæ novi teſtamenti ſunt ſatis atteſtata ob conſenſum primitivarum Eccleſiarum, quæ nec decepti ab Apoſtolis, nec hi a Chriſto, nec ipſe Chriſtus (cap. VII.).

IX. Miracula et prophetiæ pro Judaica religione allegata item ſunt ſatis conteſtata authenticus eſt enim Pentateuchus, quia a Moyſe vere conſcriptus, nec corruptus; & cum Pentateucho reliqui libri (cap. VIII.) quoque authentici ſunt.

* Supereſt quæſtio, quiſnam gradus certitudinis huic Demonſtrationi competat.

## §. 230.

I. *Poſſibilitas Chriſtianæ religionis ſic certa eſt, ut evidens ſit, nihil repugnantiæ hactenus oſtenſum eſſe.* Patet ex art. V. cap. IV.

2) *Nec*

V. PROPHETIAE sunt Character divinae locutionis (§. 159.); quae pro religione utraque veteri & nova afferuntur, habent omnes notas verae DEI locutionis.

VI. JUDAEI IPSI subruunt fundamenta gloriae suae, nisi universam suam religionem habeant pro praeparatione religionis a Christo allatae (§. 184.).

VII. NULLUS CHARACTER DIVINITATIS *competit* Sectae Mahometis (§§. 194. 195.), ceu per se absurdae, & cum apertis veritatibus pugnati.

VIII. IPSA MIRACULA ET PROPHETIAE novi testamenti sunt satis attestata ob consensum primitivarum Ecclesiarum, quae nec decepti ab Apostolis, nec hi a Christo, nec ipse Christus (cap. VII.).

IX. MIRACULA ET PROPHETIAE pro Judaica religione allegata item sunt satis contestata authenticus est enim Pentateuchus, quia a Moyse vere conscriptus, nec corruptus; & cum Pentateucho reliqui libri (cap. VIII.) quoque authentici sunt.

*Superest quaestio, quisnam gradus certitudinis huic Demonstrationi competat.

§.230.

*I. Possibilitas Christianae religionis sic certa est, ut evidens sit, nihil repugnatiae hactenus ostensum* esse. Patet ex art. V. cap. IV.

2) *Nec major evidentia ſalva fidei libertate locum habere poteſt.* Accedente enim intuitu poſitivo rationum ſufficientum jam non eſſet libera intellectus ſubmiſſio, debita infinitæ veracitati, neceſſaria ad meritum morale.

II. *Miracula* (§. 153.) *allegata, ſi extiterunt, locutionem divinam cum* phyſica certitudine probant. Qui enim ea aſpexere oculis, de miſſione divina phyſice certi ſunt.

III. *Prophetiæ* (cap. V. art. II.) *allegatæ, ſi editæ & completæ ſunt, cum evidentia metaphyſica hypothetica* probant locutionem DEI. Metaphyſice enim evidens eſt, ſoli Deo propriam eſſe prævifionem actus liberi futuri (§. 159.); *qui ergo eas audivere, & impletas conſpexere partim metaphyſicam* (loc. cit.) *partim phyſicam certitudinem habuere de locutione DEI.* Criterium enim ſenſus externi facit nos phyſice certos.

* Tanta certitudo in Apoſtolis haud dubie meritum fidei minuebat. Unde ad ſubſtantiam fidei plane neceſſaria non eſt; modo detur moralis certitudo de exiſtentia miraculorum, prout nos.

IV. *De exiſtentia miraculorum & prophetiarum Jeſu Chriſti moraliter certi ſumus eo gradu, qui phyſicæ æquivalet.* Certi enim ſumus de exiſtentia atteſtationis Apoſtolicæ ex omnibus teſtimoniis primitivarum Eccleſiarum (cap. VII.): certi porro ſumus, quod illa atteſtatio ad nos incorrupta pervenerit ob conſentientem vigilantiam Epiſcoporum ſibi ſuccedentium (eod. cap.). Jam vero in ipſo modo atteſtationis ſunt ſigna

*2) Nec major evidentia salva fidei libertate locum habere potest.* Accedente enim intuitu positivo rationum sufficientum jam non esset libera intellectus submissio, debita infinitae veracitati, necessaria ad meritum morale.

II. *Miracula* (§. 153.) *allegata si extiterunt, locutionem divinam cum* physica certitudine probant. Qui enim ea aspexere oculis, de missione divina physice certi sunt.

III. *Prophetiae* (cap. V. art. II.) *allegatae, si editae & completae sunt, cum evidentia metaphysica hypothetica* probant locutionem DEI. Metaphysice enim evidens est, soli Deo propriam esse praevisionem actus liberi futuri (§. 159); *qui ergo eas audivere, & impletas conspexere partim metaphysicam* (loc. cit.) *partim physicam certitudinem habuere de locutione DEI.* Criterium enim sunsus externi facit nos physice certos.

* Tanta certitudo in Apostolis haud dubie meritum fidei minuebat. Unde ad substantiam fidei plane necessaria non est; modo detur moralis certitudo de existentia miraculorum, prout nos.

IV. *De existentia miraculorum & prophetiarum Jesu Christi moraliter certi sumus eo gradu, qui physicae aequivalet.* Certi enim sumus de existentia attestationis Apostolicae ex omnibus testimoniis primitivarum Ecclesiarum (cap. VII.): certi porro sumus, quod illa attenstatio ad nos incorrupta pervenerit ob consentientem vigilantiam Episcoporum sibi succedentium (eod. cap.). Jam vero in ipso modo attestationis sunt signa

veridicentiæ (eod. cap.), queis ex uniformi experientia ſemper ineſt veritas teſtimonii. Ergo per (§. 143.) moralis noſtra certitudo phyſicæ æquivalet.

*Itaque de certitudine phyſica revelatæ religionis Chriſtianæ moraliter certi ſumus.* Nam miracula revelationem (II. præſ.) phyſice certam reddunt. Idem ex æquo de RELIGIONE JUDAICA.

V. Cum ergo de poſſibilitate religionis Chriſtianæ indirecta *evidenter* (I.), de Charactere miraculorum *phyſice* (II.), de energia prophetiarum itidem *evidenter* (III.), de exiſtentia porro miraculorum & prophetiarum in utroque teſtamento ſeorſim *moraliter* ſumme (IV.) certi ſumus, patet, *totam revelationem divinam proxime attingere ſummum certitudinis phyſicæ gradum.*

VI. Quoniam tamen certitudo phyſica nunquam pariat intuitum diſtinctum rationis ſufficientis totius religionis Chriſtianæ, *hujus religionis exiſtentia nequaquam evidens eſt: certitudo tamen tanta eſt, ut & acutiſſimis convincendis ſufficiat.*

## §. 231.

*Omnis homo ſano judicio pollens, ſeu moderate doctus, ſeu utcunque rudis, poteſt facillime convinci de exiſtentia divinæ revelationis.* Quilibet doctus enim circa POSSIBILITATEM dogmatum ſtatim perſpiciet, nullam *contradictionem* oſtendi poſſe, rudem vero conſenſus doctiſſimorum hominum

veridicentiae (eod. cap.), queis ex uniformi experientia semper inest veritas testimonii. Ergo per (§. 143.) moralis nostra certitudo physicae aequivalet.

*Itaque de certitudine physica revelatae religionis Christianae moraliter certi sumus.* Nam miracula revelationem (II. praes.) physice certam reddunt. Idem ex aequo de RELIGIONE JUDAICA.

V. Cum ergo de possibilitate religionis Christianae indirecta *evidenter* (I.), de Charactere miraculorum *physice* (II.), de energia prophetiarum itidem *evidenter* (III.), de existentia porro miraculorum & prophetiarum in utroque testamento seorsim *moraliter* summe (IV.) certi sumus, patet, *totam revelationem divinam proxime attingere summum certitudinis physice gradum.*

VI. Quoniam tamen certitudo physica nunquam pariat intuitum distinctum rationis sufficientis totius religionis Christianae, *hujus religionis existentia nequaquam evidens est: certitudo tamen tanta est, ut & acutissimis convincendis sufficiat.*

§. 231.

*Omnis homo sano judicio pollens, seu moderate doctus, seu utcunque rudis, potest facillime convinci de existentia divinae revelationis.* Quilibet doctus enim circa POSSIBILITATEM dogmatum statim perspiciet, nullam *contradictionem* ostendi posse, rudem vero consensus doctissimorum ho-

minum in amplectenda religione Chriſtiana facile convincet, omnem contradictionem abeſſe. De existentia. miraculorum rudis & doctus ex conſenſu primitivarum Eccleſiarum, de valore miraculorum vero uterque ex uniformi experientia, talem effectum eſſe ſuper leges naturæ, convincetur; circa consensum vero ipſum primitivarum Eccleſiarum uterque aut in vigilantia paſtorum acquieſcit, aut doctus inſuper fontes adibit, quin opus ſit excutere diverſa exemplaria, verſiones, idiomata &c.

§. 232.

*Non eſt ſperanda ſalus æterna niſi per Jeſum Chriſtum, & ejus religionis exercitium.* Certa eſt enim revelationis exiſtentia. Atqui hoc ipſum dogma eſt inter revelata primarium.

§. 233.

*Quicunque demonſtratione hac Evangelica perſpecta, Chriſtianæ Societati ſe non adjungunt, pœnæ æternæ reos ſe faciunt.* Exiſtit enim lex univerſe graviter obligans ad religionem Chriſtianam amplectendam (præc.); atqui contemtus practicus divinæ benevolentiæ æterni ſupplicii reatum importat, ceu fini ultimo contrarius (§. 9.).

§. 234.

*Theiſtæ religionem Chriſtianam publice contemnentes, ſubruunt fundamenta ſtatus politici, nec*

 *magis,*

minum in amplectenda religione Christiana facile convincet, omnem contradictionem abesse. DE EXISTENTIA miraculorum rudis & doctus ex consensu primitivarum Ecclesiarum, de VALORE miraculorum vero uterque ex uniformi experientia, talem effectum esse super leges naturae, convincetur; circa CONSENSUM vero ipsum primitivarum Ecclesiarum uterque aut in vigilantia pastorum acquiescit, aut doctus insuper fontes adibit, quin opus sit excutere diversa exemplaria, versiones, idiomata &c.

§. 232.

*Non est speranda salus aeterna nisi per Jesum Christum, & ejus religionis exercitium.* Certa est enim revelationis existentia. Atqui hoc ipsum dogma est inter revelata primarium.

§. 233.

*Quicunque demonstratione hac Evangelica perspecta, Christianae Societati se non adjungunt, paenae aeternae reos se faciunt.* Existi enim lex universe graviter obligans ad religionem Christianam amplectendam (praec.); atqui contemtus practicus divinae benevolentiae aeterni supplicii reatum importat, ceu fini ultimo contrarius (§. 9).

§. 234.

*Theistae religionem Christianam publice con-*temnentes, subruunt fundamenta status politici, nec

*magis, quam Athæi, tolerari poſſunt.* Revelatio enim neceſſaria eſt ad cognoſcenda etiam dogmata fundamentalia religionis naturalis, a quorum notitia pendet felicitas civilis, ceu firmo motivo obedientiæ principibus præſtandæ. Theiſtæ ergo, ſi aggrediuntur unicum medium, cuſtodiæ legum etiam civilium, ceu hoſtes publicæ ſalutis, minime tolerandi ſunt. Bono enim principi, quieti ſuorum ſubditorum invigilanti, æque dolere debet, ſi quis Deum tollat, ac ſi quis motivum auferat, Deo & ſibi fideliter ſerviendi.

*Itaque defenſio civium adverſis omnia politicæ etiam felicitatis pericula, pacto fundamentali Societatis civilis in manus principum conſignata, ſuprenos hoſcæ publicæ quietis cuſtodes cum perfecta obligatione adigit ad publicam revelationis contemtum exemplari ſeveritate pro boni communis incremendo juxta Socialis juris principia conſtanter vindicandum.*

*PAPPENHEMII,*

*Typis* Joannis Jacobi Seybold, Typographi Aulici.

*magis, quam Athaei, tolerari possunt.* Revelatio enim necessaria est ad cognoscenda etiam dogmata fundamentalia religionis naturalis, a quorum notitia pendet felicitas civilis, ceu firmo motivo obedientiae principibus praestandae. Theistae ergo, si aggrediuntur unicum medium, custodiae legum etiam civilium, ceu hostes publicae salutis, minime tolerandi sunt. Bono enim proncipi, quieti suorum subditorum invigilanti, aeque dolere debet, si quis Deum tollat, ac si quis motivum auserat, Deo & sibi fideliter serviendi. *Itaque defensio civium adversis omnia politicae etiam felicitatis pericula, pacto fundamentali Societatis civilis in manus principum consifnata, suprenos hoscae publicae quietis custodes cum perfecta obligatione adigit ad publicam revelationis contemtum exemplari severitate pro boni communis incremendo juxta* Socialis juris principia constanter vindicandum.

PAPPENHEMII,
*Typis* Joannis Jacobi Seybold, Typographi Aulici.

# ERRATA PRÆCIPUA.

| *fol.* | *lin.* | *errata.* | *emenda.* |
|---|---|---|---|
| 18 | 4 | utrorumque | utcunque |
| 24 | 1 | ſatis | factis |
| - | 5 | neque | nec quæ |
| 25 | 27 | inveniens | invenies |
| 28 | 19 | mereantur | merentur |
| 39 | 27 | ipſius | ipſis |
| 46 | ult. | diſcordiam | concordiam |
| 53 | 5 | clariſſima | clariſſime |
| 59 | 24 | commenſuratæ | commenſurata |
| 71 | 23 | extraneos, | extraneos |
| 73 | 2 | §. 10. | c. 10. |
| 78 | 15 | alios | alias |
| 83 | 14 | ceu prima conſcientia | ceu vis infinita ſe ipſum cognoſcens |
| 88 | 9 | ſcientiis | ſententiis |
| 98 | 1 | primus | primas |
| 100 | 8 | obligationum | obligationem |
| - | 27 | probabili | probabile |
| 103 | 10 | mentem | mentem, |
| 107 | 24 | & præciſe | eſt præciſe |

* *fol.* 108

ERRATA PREAECIPUA.

*fol. lin.errata. emenda.*

184utrorumqueatcunque

24Ifatisfactis

-5nequenec quae

2527inveniensinvenies

2819mereanturmerentur

3927ipsiusipsis

46ult.iscordiamconcordiam

535clarissimacalrissime

5924commensuratacommensuarta

71 23extraneos,extraneos

732§. 10.c. 10

7815aliosalias

8314ceu prima conscien-ceu vis infinita se

tiaipsum cogno-

scens

889scientiissententiis

98Iprimusprimas

1008obligationumobligationem

-27probabiliprobabile

103 10mentemmentem,

10724& praeciseest praecise

| *fol.* | *lin.* | *errata.* | *emenda.* |
|---|---|---|---|
| 108 | 23 | innititui | innititur |
| 111 | 8 | futura | futuro |
| 115 | 24 | articum | artium |
| 116 | 6 | confirmant | confirmat. |
| - | 28 | ſpeciema affectanti | ſpeciem affectant. |
| 119 | 18 | optabat | aptabat |
| - | 19 | notitio | notio |
| 120 | 8 | veneficiis | veneficis |
| - | 9 | Apollonia | Apollonio |
| - | - | Tyranæo | Tyanæo |
| - | 12 | quo ſat | quod ſat |
| 122 | 12 | ſit | ſcit |
| 123 | 5 | aſſervatione | aſſeveratione |
| 124 | 6 | reſpondendum | reſpondentem |
| 125 | 25 | proſperitatem | proſperitatum |
| 129 | 14 | vinctorum | vinitorum |
| - | 15 | domum | donum |
| 130 | 15 | inde | vide |
| 131 | 2 | reprobo | reprobabo |
| 132 | 11 | Daminus | Dominus |
| 135 | 1 | Daniel | Danieli |
| - | 10 | ad Deo | a Deo |
| 138 | 8 | hebdomadam | hebdomadum |
| 139 | 11 | reædificanti | reædificandi |
| - | 24 | huc prophetica | hæc prophetia |

*fol.* 140

| *sol.* | *lin.* | *errata.* | *emenda.* |
| --- | --- | --- | --- |
| 108 | 23 | innitituii | innitiur |
| 111 | 8 | futura | futuro |
| 115 | 24 | articum | artium |
| 116 | 6 | confirmant | confirmat. |
| - | 28 | speciema affectanti | speciem affiectant. |
| 119 | 18 | optabat | aptabat |
| - | 19 | notitio | notio |
| 120 | 8 | veneficiis | veneficis |
| - | 9 | Apollonia | Apollonio |
| - | - | Tyranaeo | Tyanaeo |
| - | 12 | quo fat | quod fat |
| 122 | 12 | fit | fcit |
| 123 | 5 | asservatione | asseveratione |
| 124 | 6 | respondendum | respondentem |
| 125 | 25 | prosperitatem | prosperitatum |
| 129 | 14 | vinctorum | vinitorum |
| - | 15 | domum | donum |
| 130 | 15 | inde | vide |
| 131 | 2 | reprobo | reprobabo |
| 132 | 11 | Daminus | Dominus |
| 135 | 1 | Daniel | Danieli |
| - | 10 | ad Deo | a Deo |
| 138 | 8 | hebdomadam | hebdomadum |
| 139 | 11 | reaedificanti | reaedificandi |
| - | 24 | huc prophetica | haec prophetia |

| fol. | lin. | errata. | emenda. |
|---|---|---|---|
| 140 | 3 | Judæi | Judæos |
| - | 21 | editi | edicti |
| 142 | 9 | prophetis | prophetiis |
| - | 21 | contentit | conſentit |
| 146 | 5 | intellectus | intellectas |
| 148 | 10 | converſiones | converſionis |
| - | 21 | prænuniant | præmuniat |
| 157 | 25 | S. Papias | Papias |
| 158 | 3 | Mario | Marco |
| 160 | 27 | eorumquæ | eorum que |
| 161 | 30 | mittebatur | mittebantur |
| 162 | 23 | authentica | authentia |
| 163 | 10 | tempore | temporis |
| 168 | 13 | ocaſio. | ocaſio, |
| - | 24 | opponere | apponere |
| 173 | 12 | omnes | annos |
| 175 | 25 | obſcuritas | obſcuritatis |
| 176 | 5 | Platonica | Platonici |
| - | 14 | Chriſti | Criſi |
| - | 17 | confictas | confictos |
| - | 20 | conſtare | - |
| - | 19 | veritatem | veritatem conſtare |
| 177 | 3 | infanandi | infamandi |
| 178 | 6 | illa | illi |
| - | 17 | minoris | minores |



Bischöfl. Zentral-bibliothek Regensburg

*sol.lin.errata.emenda.*

1403JudaiJudaeos

-21editiedicti

1429prophetisprophetiis

-21contentitconsentit

1465intellectusintellectas

14810conversionesconversionis

-21praenuniantpraemuniat

15725S. PapiasPapias

1583MarioMarco

16027eorumquaeerorum que

16130mittebaturmittebantur

16223authenticaauthentia

16310temporetemporis

16813ocasio.ocasio,

-24opponereapponere

17312omnesannos

17525obscuritasobscuritatis

1765PlatonicaPlatonici

-14ChristiCrisi

-17confictasconfictos

-20constare-

-19veritatemveritatem constare

1773infanandiinfamandi

1786illailli

-17minorisminores

| *fol.* | *lin.* | *errata.* | *emenda.* |
|---|---|---|---|
| 179 | ult. | ſui | ſic |
| 180 | 28 | elegantium | elegantiam |
| 184 | 9 | dominantio | dominatio |
| 185 | 20 | ſanctitate | ſanctitas |
| 187 | 13 | æquæ | æque |
| 189 | 33 | at | ad |
| 195 | 4 | atque | æque |
| 197 | 9 | V. 7. | V. T. |
| 198 | 10 | inulſiſſent | inuſſiſſent |
| 200 | 18 | Moyſes | Moyſis |
| 203 | 15 | conſpecta | conſpectu |
| 204 | 35 | devinctus | divinitus |
| 205 | 21 | tribus | tribui |
| 210 | 14 | decepti | deceptæ |
| ult. | 12 | adverſis | adverſus |
| - | 14 | ſuprenos | ſupremos |
| - | 15 | hoſcæ | hoſce |
| - | 16 | publicam | publicum |

*sol.lin.errata.emenda.*

179ult.suisic

18028elegantiumelegantiam

1849dominantiodominatio

18520sanctitatescanctitas

18713aequeaeque

18933atad

1954atqueaeque

1979V. 7.V. T.

19810inulsissentinussissent

20018MoysesMoysis

20315conspectaconspectu

20435devinctusdivinitus

20521tribustribui

21014deceptideceptae

ult.12adversisadversus

-14suprenossupremos

-15hoscaehosce

-16publicampublicum

minum in amplectenda religione Chriſtiana facile convincet, omnem contradictionem abeſſe. De existentia miraculorum rudis & doctus ex conſenſu primitivarum Eccleſiarum, de valore miraculorum vero uterque ex uniformi experientia, talem effectum eſſe ſuper leges naturæ, convincetur; circa consensum vero ipſum primitivarum Eccleſiarum uterque aut in vigilantia paſtorum acquieſcit, aut doctus inſuper fontes adibit, quin opus ſit excutere diverſa exemplaria, verſiones, idiomata &c.

§. 232.

*Non eſt ſperanda ſalus æterna niſi per Jeſum Chriſtum, & ejus religionis exercitium.* Certa eſt enim revelationis exiſtentia. Atqui hoc ipſum dogma eſt inter revelata primarium.

§. 233.

*Quicunque demonſtratione hac Evangelica perſpecta, Chriſtianæ Societati ſe non adjungunt, pœnæ æternæ reos ſe faciunt.* Exiſtit enim lex univerſe graviter obligans ad religionem Chriſtianam amplectendam (præc.); atqui contemtus practicus divinæ benevolentiæ æterni ſupplicii reatum importat, ceu fini ultimo contrarius (§. 9.).

§. 234.

*Theiſtæ religionem Chriſtianam publice contemnentes, ſubruunt fundamenta ſtatus politici, nec*

 *magis,*

minum in amplectenda religione Christiana facile convincet, omnem contradictionem adesse. DE EXISTENTIA miraculorum rudis & doctus ex conssensu primitivarum Ecclesiarum, de VALORE miraculorum vero uterque ex uniformi experientia, talem effectum esse super leges naturae, convincetur; circa CONSENSUM vero ipsum primitivarum Ecclesiarum uterque aut in vigilantia pastorum acquiescit, aut doctus insuper fintes adibit, quin opus sit excutere diversa exemplaria, versiones, idiomata &c.

§. 232.

*Non est speranda salus aeterna nisi per Jesum Christum, & ejus religionis exercitium.* Certa est enim revelationis existentia. Atqui hoc ipsum dogma est inter revelata primarium.

§. 233.

*Quicunque demonstratione hac Evangelica perspecta, CChristianae Societati se non adjungunt, paenae aeterna reos se faciunt.* Existit enim lex universe graviter obligans ad religionem Christianam amplectendam (praec.) ; atqui contemtus practicus divinae benevolentiae aeterni supplicii reatum importat, ceu sini ultimo contrarius (§. 9.).

§. 234.

*Theistae religionem Christianam publice contemnentes, subruunt fundamenta status politici, nec*